This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HOUGHTON LIBRARY
HH 1BS4 Z

Scan 3832.18



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAMI HENRICI LACKMANNI,
SVPREMI CONSISTORII ADSESSORIS, IN ACADEM. HOLSAT.
HISTOR. PATRIAE PROFESSORIS ORDINARII ET
ANTECESSORIS PVBL. EXTRAORDINARII,

DE

COMPVTATIONE ANNORVM PER HIEMES

PRISCIS

GENTIBVS HYPERBOREIS

VSITATA,

DISPVTATIO

CHRONOLOGICO-HISTORICA.

KILONII,
LITTERIS GOTTFR. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.
MDCCXLIV.

Digitized by Google

Scan 3932.18

Harvard College Library
Von Maurer Collection
Gift of A. C. Coolidge
Jun. 13, 1881

v.M. 1301

Digitized by Google

TRIVMVIRIS

PERILLVSTRIBVS, EXCELLENTISSIMIS

AC GENEROSISSIMIS,

IN QVIBVS

RARAS ANIMI DOTES

SPLENDIDISSIMOS TITVLOS, HONORES, OPES,

MERITA ET VIRTVTES

VEL NATVRA EXPRESSIT,

VEL INDVSTRIA CONJVNXIT,

VEL PROVIDENTIA CVMVLAVIT DIVINA,

JAMQVE

CONSILIIS AVLAE SECRETIORIBVS,

ET

PVBLICAE SALVTIS GVBERNACVLO ADMOTIS,

IMO QVOD MAJVS,

NON FATO AC CASV,

SED

SVMMORVM **PRINCIPVM** JVDICIO DELECTIS,

AC

TOT INTER CVRAS MVLTIPLICES,

TOT ET TOT INTER OCCVPATIONES GRAVISSIMAS,

DIGNA CVRA AC VIGILANTIA

DE SALVTE COMMVNI ET BONO PVBLICO

SOLICITIS,

 DOMI-

Digitized by Google

DOMINO

GEORGIO DE HOLMER,

AVRATI ORDINIS SLESVICO-HOLSATICI EQVITI,

CAESAREAE CELSITVDINIS

MAGNI DVCIS ET HEREDIS

IMPERII RVSSICI,

DVCIS REGNANTIS SLESVICI AC HOLSATIAE

IN SANCTIORI SENATV ADMINISTRO PRIMO,

CONSILIARIO INTIMO,

ET

CANCELLARIAE IVSTITIAE ET REGIMINIS COMMVNIS

PRAESIDI,

DOMI-

Digitized by Google

DOMINO

IOACHIMO ERNESTO DE WESTPHALEN,

AVRATI ORDINIS SLESVICO-HOLSATICI EQVITI,
CAESAREAE CELSITVDINIS
MAGNI DVCIS ET HEREDIS
IMPERII RVSSICI,
DVCIS REGNANTIS SLESVICI AC HOLSATIAE,
IN CONSILIO SANCTIORI ADMINISTRO,
IN AVLA ET SENATV INTIMO CANCELLARIO,
CONSILIARIO AB INTIMIS,
SVPREMI CONSISTORII MILITARIS ET
ECCLESIASTICI PRAESIDI
ET
ACADEMIAE KILIENSIS CVRATORI,

Digitized by Google

DOMINO

MAGNO FRIDERICO DE HOLMER,

AVRATI ORDINIS SLESVICO-HOLSATICI EQVITI,

CAESAREAE CELSITVDINIS

MAGNI DVCIS ET HEREDIS

IMPERII RVSSICI,

DVCIS REGNANTIS SLESVICI AC HOLSATIAE,

IN SANCTIORI SENATV ADMINISTRO,

CONSILIARIO AB INTIMIS ET AB

EXPEDITIONVM SVPREMIS,

MAECE-

Digitized by Google

MAECENATIBVS ET MVSAGETIS

MAGNOPERE SVSPICIENDIS,

HANC

DE VETERVM NVMERANDI RATIONE PER HIEMES

DISPVTATIONEM,

HAVD EQVIDEM ALICVIVS NVMERI, AVT MAGNI PRETII,

RELIGIOSVM TAMEN AC CERTISSIMVM

OBSERVANTIAE, STVDII CVLTVSQVE TESTEM

ET SPONSOREM,

EA, QVA PAR EST, ANIMI SVBMISSIONE,

DAT, DICAT, CONSECRAT,

SIMVLQVE

SE AC GRACILES, QVAS COLIT, MVSAS

PERENIXE COMMENDAT,

ET

Digitized by Google

ET

INITIVM NOVI ANNI AVSPICATISSIMVM,

PERINDE AC

PER OMNES ANNORVM AETATISVE GRADVS,

AD SERAM VSQVE AETATEM ET POSTEROS,

IN POSTERITATIS ADMIRATIONEM ET EXEMPLVM,

VIRES MENTIS, CORPORISQVE INTEGRAS,

FELICITATEM TVTAM ET PERPETVAM,

SVCCESSVS CONSILIORVM FELICISSIMOS,

ET

PRO MORTALIVM CONDITIONE

GLORIAE AC FAMAE IMMORTALITATEM

BONAE SPEI ET VOTI PLENVS

ARDENTER ATQVE PLENISSIME APPRECATVR

ADAM. HENR. LACKMANNVS.

Digitized by Google

Q. F. F. Q. S.

§. 1.

In eiusmodi verſor argumento, cuius ea eſt indoles, vt prope exploratum habeam, quid docti homines de mea hac tenui vigilia et ſentiant et loquantur, vel raro vel nunquam concorditer inter ſe congruentes. Si non ſum falſus vates, auguror eueniet, vt paginas haſce non ita multas bene multi ne inſpicient quidem, propterea quod actum me agere, atque eorum inire numerum putabunt, quae a longo iam tempore definita ſunt alibi. Nec deerunt forte alieni laboris exiſtimatores, qui nullam fere vtilitatem gignere has lucubrationes arbitrabuntur, id ad animum reuocantes, quod ipſi ſcriptores, qui res gentis ſuae condiderunt, perinde ac *germanicae ſeptentrionalis* antiquitatis, maxime circa mores et inſtituta indagatores ſolertiſſimi, immo legum domeſticarum explanatores commendatiſſimi, annos per hyemes computatos, aut plane non, aut leuiter paucisque tantum verbis tetigerint, et ipſe SVANINGIVS, vagatus tamquam per omne genus numerorum, quos in hiſtoriis et monumentis *Danorum* curamus, hanc ſupputandi rationem prætermiſerit alto ſilentio. Alii dubio procul obſcuritatem mihi et intricatae cauſae difficultates obiicient, ſiquidem inter Chronologos ſaepe non magis conuenire ſolet, quam inter horologia. At, at hos ego ad vnum omnes nequicquam metuo cenſores, libenter conceſſurus, vt vel pro lubitu

Digitized by Google

de praesenti dissertatione iudicium faciant, aut a lectione illius prorsus omnino abstineant. Haud ignoraui viam, quam ingressi sunt ii, quotquot ante me idem saxum voluerunt, hic tamen non substiti, quasi re peracta, sed volui certe, atque debui ire, quousque mihi licuit, nec diffiteor, planiorem interdum me inuenisse semitam, quae duxit ex voto ad arcem veritatis. Fac etiam! placita et opiniones Chronologorum indagantem historicum impediant subinde ac remorentur, an igitur quispiam iccirco scriptioni huic labeculam adspergat et maculam?

§. 2.

Mox distinctius haec intuebimur, dummodo mihi nemo SVANINGIVM opponat, M. IOH. SVANINGII, Historiographi Regii & Canonici *Rip.* nepotem, qui, tot annorum dierumque numeris erutis, vitam cum die 27 Aug. A. 1676 terminauit (1), et meliorem illic orsus est, vbi diei affatim, noctis nihil. Duplici, me iudice, peccauit ratione, primum, quod aeras quandoque et epochas commendat incertas et suspectas, deinde, quod non modo synchronismos antiquiores aliquot, sed etiam annos et dies posthabuit atque neglexit, in diplomatibus cumprimis et medii aeui chartis obuios. Si enim vlla vmquam epocha certitudine indiget, illa certe eo nomine censeri debet, quae ab initio Regni *Danici* sumitur, et a Regum primordio. Erant, qui pro anno mundi 2190 ante CHRISTVM 1038. tamquam pro aris et focis certabant, et Regnum in DANO, Monarchiae Conditore, caepisse, post tot SAXONIS GRAMMATICI, (qui autem epocham regni, imperantium seriem et stemmatum ordinem non notat), transscriptiones epitomasque adfirmabant, quum diuersam chronologiam et alium Regum *καταλογον* A. MDCCV. nobis exhiberet THOR-

(1) Teste HENNINGO WITTE in diar. biograph. cuius itidem fide nititur TERPAGER. Rip. Cimbr. p. 649.

Digitized by Google

THORMODVS TORFAEVS, cui nihil tam abſtruſum, nihil tam reconditum in priſcis *Islandorum* monumentis occurrebat, quod non diligentiſſime induſtrieque perſcrutaretur. Eo hoc valuit, vt iterum, iterumque diſputatum, quaenam regni *Danici* conditi et primi Regis epocha? atque denuo abitum in partes fuerit, prout et praeiudicatae opiniones, et ſtudia variant ſingulorum, vnde non vana ſuſpicio multis enata eſt, admodum incertam eſſe Chronologiam *ſeptentrionalium* rerum, perinde ac ipſam hiſtoriam antiquam, ſiue quia veterum ſimplicitas, aut incuria de epochis Regnorum, atque annis, quibus imperantes regnarunt, et de ſucceſſionibus principum, beneficio litterarum et annalium ab obliuione vindicandis, parum ſolicita fuit, ſiue quia documenta id genus haud ſubleſtae et ambiguae fidei, iniquitate temporum nobis interuerſa fuere. Nec meliora ſane expectari poterunt ab aera HARALDINA, in cuius euolutione hoc perperam pro certo et explorato SVANINGIVS ſtatuit (2), appellatam eſſe eandem, uel ex plurium annorum Concurſu, quaſi Aar-riigs-tiid, eller riig paa Aar, quemadmodum OSTERSONIVS expoſuit etymon vocis (3), vel ſimplicius et probabilius, ex incluti alicuius in *Dania* Herois, i. e. Regis, nomine HARALDI, lingua, *Danis* vernacula, Harald, Arild inſigniti (4). Aperiam modeſte, breuiterque, ex animi tamen ſenſu et ſerio, mei quid de his ſubtilitatibus ſit iudicii. To Arild non compoſitum, ſed ſimplex eſt vocabulum, idem denotans, quod alias, ac plerumque gammel tiid ſignificat. Raro quippe vocem Arild, ne toti quidem *ſeptentrioni* notam, in monumentis *Danicis* collocatam adhibitamque perſpicio, immo, poſt-

(2) vid. Chronol. Dan. prolegomena p. 20. ſeqq.
(3) Gloſſar. iurid. Danico-Norvegico, voc. Arrild p. 63. ſeq.
(4) In eo fruſtra SVANINGIVM adiuuat OSTERSONIVS, hoc enim verba illa l. c. ſatis indicant: Dog ingen ſom vorig Faederne Lands Hiſtorier beſtiæfvet haſver, noget der om formelder.

Digitized by Google

quam Auctores *Danicae* Bibliorum translationis A. 1633 verba Pſalmi LXXIV, 12. expreſſerant: Gud er min Konge af Arilds tiid, h. e. *Deus* (eſt) *Rex meus ab antiquitate*, interpretes, quibus nouam ſacri codicis editionem A. 1717 debemus, verterunt: Gud min Konge af gammel tiid, quomodo et plura conſimilia loca reddiderunt. Ad HARALDVM quod attinet Regem, vnde inſignis aera HARALDINA, ſi Diis placet, originem traxit, non anquiro, quisnam inter illos, quibus nomen HARALDI olim tributum fuit, agmen hic ducat et familiam, dummodo nullam adeo putemus neceſſitatem nos cogere poſſe, vt meris coniecturis, quando genuini verborum natales conſtituendi, fidem adhibeamus, et commentitia ſectemur, quae magna non tam hiſtoriarum clade, quam commodo potius ignorantur. Quid enim? Haud omnes omnino voces etymologice captare licet, ac ſecus ſentientes perſaepe operam ludunt, atque ad ineptias delabuntur, vocabulorum potiſſimum conuenientia decepti (*). Quamuis igitur largiar, extitiſſe Heroes *Danicos*, ARILD, HARALD appellitatos, inde tamen non ſequitur, ſi quid ego video, loquendi formulam af Arild, af Arilds tiid, aeram deſignare HARALDINAM, et tempus HARALDINUM, ad poſteritatis memoriam commemorabile, quum nullis ſeſe tueri queat praefidiis hiſtoricis epocha, quae Rege HARALDO auctore, in ſcenam prouenit, ſeu Majorum Odas, Mythologias, Eddas et Sagas, ſeu alios antiquitatis theſauros conſulas. Longum foret, ſpeciatim de reliquis annis nimis confidenter ſignatis, et parachronismis, quos non animaduertit Chronologus noſter, aliquid admonere,

(*) Vt congruum vnicum diſputationis praeſentis argumento ſeligam exemplum, documento ſit vel ſolus GOROPIVS BECANVS, qui lib. IV *Hermathenae* p. 61. ſeq. vocabulum iſtud notiſſimum ANNVS ex ANNA, *Cimbrica* voce circulari deducit, ac nonniſi in litterarum harmonia & ſono etymologicam quaerit certitudinem. Taceo alias ejusdem commatis hallucinationes bene multas, quoniam facile patet, quam abſtruſa ſint illa & infirma dicam an? inepta atque ridicula principia, ex quibus origines vocum ea ratione deriuantur.

Digitized by Google

nere, et vel ad exitum *Longobardorum* e *Scania*, atque Episcopatuum origines aliquanto propius respicere. Quam vellem autem! quam cuperem! vt doctissimus SVANINGIVS, quondam praeclaris operibus chronologicis intentus, aeras, epochas et singulas temporum notationes subinde quaesiuisset in legibus, diplomatibus, documentis, ac probis scriptoribus domesticis studiose conquisitis, partim excusis, partim anecdotis et velut ex naufragio seruatis tabulis, vsui et illustrationi fastorum *Danico-Cimbricorum* cummaxime inseruientibus.

§. 3.

Nolo esse prolixius, nec omnia tempora lustrabo, quae Chronologia patria conspectui nostro offert, et ex antiquitate erui possunt, non infelici prorsus conatu. Ego multo arctioribus limitibus me circumscribam, et in computationem annorum per hiemes (5) inquirere solummodo in animum induxi, eo quidem ordine et modo, vt primum calculos ponam summatim, ac generaliter, deinceps vero speciatim, et particulariter oblata occasione huic numerandi rationi inhaeream. Ac ne sine nauclero fluctuet nauscula mea, in subsidium fastos, annales, ac domestica monumenta, fama dignissima aduocabo, quibus destitutus, quaedam rationibus ac coniecturis verisimilibus conabor pro virili conficere. Quin et apparebit non minus, nudo omnia, et simplici, apertoque dictionis genere a me esse proposita, eorum videlicet more, qui in argumentis ex historia potissimum eliciendis, abstinent verbis ad speciem ornatis, et argutiolis ludere, homini rerum seriarum studioso, indignum arbitrantur.

 §. 4.

(5) ἐτυμολογίαν voc. hyemis more suo curate expendit GER. IOH. VOSSIVS in Etymol. linguae Latinae p. 256, cui DIECMANNVS adstipulatur Glossar. RAB. MAVR illustrat. p. 68. ad *Germanos* respiciens, a *muint* denominantes *muintar*, Winter quia illo tempore vis est ventorum maxima.

Digitized by Google

§. 4.

Huic ſcopo ſatisfacturus, et probaturus, veteres populos *ſeptentrionales* per hiemes computaſſe annos, in ipſis legibus, venerandae antiquitatis monumentis, habeo praeſidia, quae ſi quis infirma aut ſuſpecta appellare velit, is non maiorem apud omnes Muſarum cultores, quam ſigielatim apud chronologos gratiam inibit. Codicem iccirco litteris *Runicis* manuſcriptum legum *Scanicarum* citat WORMIVS, ad alios inſuper decretorum patriorum paragraphos, ac vulgo receptas loquendi formulas prouocans (6), cuius viri fidem ipſa volumina legum impreſſa ſatis liberant. Quae ex iure *Suconum* et *Gothorum* vetuſto eodem pertinent, de iis in Lexico iuris LOCCENII, fidiſſimi legum domeſticarum explanatoris, abunde conſtat. Sed forte generalia haec nimis videri queant, quapropter excutiam nomocanonem noſtrum *Iuticum*, vulgo LOW-BOG, ex editione prima, *Ripis Cimbrorum* A. 1504 prelo MATTHEI BRANDES vulgatum, cum interpretatione CANVTI, Epiſcopi *Viburgenſis*. Eo libentius id facio, quo minus exacte commentatoribus illa numerandi ratio innotuit. Age ſis ergo, de annis, per brumas computatis accipe, quae diſpoſuit Rex ac dictator velut perpetuus, WALDEMAR. II. ſenecta aetate, et communi ordinium ſuffragio. Lubet enim, ſeruata librorum atque capitum ſerie, exhibere hic in tabula leges inibi praeſcriptas, quaſi in vnum faſciculum collectas, in quibus ſpatia annorum numero hiemum ſic definiuntur:

Lib. I. cap. VII.

Side ſønner mød fadher ſithen theremoder er dødd oc åre til alder komne xv vinther tha mø fadher ey holle them om the ville fra hanum fare med theris møddherne.

Verſio CANVTI.

Mortua matre pater non poteſt tenere ſecum pueros ſuos cum eorum matrimonio ſi ſint XV annorum, ſi voluerint ab eo ſeparari.

Cap. VIII.

(6) Faſtor. Dan. Lib. I. c. VII. p. 16 ſeq.

Digitized by Google

Cap. VIII.

Broder mo ey holle ſyſther med ſigh ugifft medhen han wil En om brodher wil holde ſyſther med ſigh for hennes penninge ower atten vinther eller annen frende ther quinne vårie haffue om ſo er withne til aff frendher at the matte henne quemelige ſtäde ta ſculle andre frendher neſt ere kåre thet for koningen tha ma koningen med there raad giffte henne efter at henne bör ⁂ Haffver anthen mö ther atthen vinther er gammel eller nogher encke laugligh a thinge krafft there wårie til at giffte them oc ville there vårie them ey giffte oc lade the tha ligge hos them tha haffue the ey ther meth forgiorth there goods En tho mo there wårie ſöghe ther efter med legher wide.

Cap. XXVII.

Hwo ſom haffver ſlegefredh med ſigh oc gangher apenbarlige med at ſowe oc hun haffver laas oc lucke oc ſögher åde oc dricke med hannum apenbarlige i tre vinther hun ſcal wåre atelkone oc rette husfrue.

Cap. XXIX.

En mannes modher tha ſculle börn til laghe wårie forthen

⁂ ⁂ ⁂

Frater non poteſt tenere ſecum ſororem non maritatam quamdiu vult vel aliquis alius. Et ſi teſtimonium fuerit a cognatis quod poſſent eam XVIII. annos habentem congrue locare, et diſtulerunt propter uſum fructum quem habuerunt de bonis ſuis poſſunt alii cognati propinquiores congrui coram rege et rex poteſt cum conſilio eorum deſponſare eam - - - Si aliqua virgo vel vidua XVIII. annorum rationabiliter petierit a ſuo tutore quod eam deſponſet, et ille diſtulerit ſi poſtea autem ſe viro permiſit propter hec non amittet bona ſua cum poſſint tutores earum conuenire tales viros concubinarios pro leerwidhe.

⁂ ⁂ ⁂

Quicunque habuerit ſecum concubinam in curia et vadit cum ea manifeſte ad dormitum et habet ipſa ſeras et claues et comedit cum eo et bibit manifeſte in tribus annis his elapſis ipſa debet eſſe legittima uxor eius.

⁂ ⁂ ⁂

Si mater eorum maritata fuerit tunc pueri recedant ad tutores ni-

om

om the åre ſo ſmaa at the mue ey modhers hielp myſte thet er til vij vinther.

Cap. XXXVI.

Suenbarn ma ey ſelie ſin iordh oc ey andherlunde afhende for en han wordher atten vinther gammel.

Cap. XLI.

En ho ſom ſeel annen iord han bör at hiemle hannum then jord oc wårie hannum then med ſine frender til thiſſe at hin haſwer tryghi winther laughevd a ther han köpte forti at laughevd er ey mynne en tre winther.

Cap. XLII.

En ſtyl them a inden tre winther tha ſtaar thet til thinges withne.

Cap. XLIV.

Hafuer bonde hafft iord fyrthiuge vinther i hend wåre loglöös for kirken En haffuer kircken hafft jord tretiuge vinther i hend wåre loglöös for bonde om thet ſtod uterth.

Cap. XLVII.

Tho om the haffue trygge

ſi ſint adeo parui quod non poſſunt carere auxilio matris hoc eſt ſi non ſunt ſeptem annorum.

* * * * *

Puer maſculus non poteſt alienare terram ſuam nec vendere antequam fuerit XVIII. annorum.

* * * * *

Quicunque vendiderit alteri terram tenetur eam appropriare et tueri per cognatos ſuos infra triennium quia legittima preſcriptio non currit prius que dicitur Laugheud nec minus currit quam tribus annis.

* * * * *

Si contemio ſit inter eos de dicta terra infra tres annos tunc requirendum eſt teſtimonium de placito.

* * * * *

Si aliquis habuerat terram XL. annis in quieta poſſeſſione debet eam absque omni lege tanquam iuſto titulo poſſidere. Sed ſi eccleſia XXX. annis fuerat in poſſeſſione absque querela obtinebit terram absque omni lege.

* * * * *

Si habitauerint ibi tribus annis

vinthers

vinthers heud a there bygge ukert a thingi tha mue men them ey updele.

Cap. LI.

Ere alle men flytte fra attelby oc ſither en efftet tha er han nermer at kalle them efftet en the hannum bort uthen at han thier oc tool ſo lengi thet er iij vinther ukerth.

Lib. II. Cap. L.

Er barn mynne en xv vinther gammel bøde wed then ther han brødh wedh oc ey wedh koninghen oc ey wedh biſcop vthen for mandrab ene.

Cap. LXV.

Lerde men oc cloſther men oc quinner oc the ther ey ere komne til lage oldher thet er atten vinther the mue ey borge wære for the men ther ſculle miſte anthen liff eller lymmer.

ſint querela in placito pronunciata non poſſunt de jure revocari.

* * * * *

Si omnes transtulerint ſe de communi villa excepto uno ſolo homine tunc ipſe poteſt eos cum majori ratione revocare ad villam communem quam ipſi eum ad ſe niſi ipſe querimoniam de eis non moveret infra tres annos.

* * * * *

Qui minor eſt quindecim annis ſatisfaciat leſo & nihil regi vel epiſcopo niſi pro ſolo homicidio.

* * * * *

Clerici clauſtrales & mulieres qui non ſunt XVIII. annorum non poſſunt fide jubere pro hiis qui vel debent carere vita vel membris.

§. 5.

Subjungo non vna ſuffragia ſcriptorum hiſtoricorum, qui ſunt paganicorum & *Chriſtianorum* rituum velut cuſtodes, nosque etiam atque etiam conuincunt, gentes orbis *artioi* veteres connumeraſſe annos ſecundum brumarum ſeriem. Huc facit EDDA in Skalldſkaparmulum apertiſſime pronuntians: Konungr er nefndur Halfdan, er inn gamli var kalladr; er allra Konunga var agaetaſtr; han gerdi blot mikin at midium vetri, oc

 blo-

blotadi til teſs at han liſdi i kongdomi ſinum *CCC vetra: h. e. Rex Halfdanus cognomento annoſus, regum omnium celeberrimus fuit. Media is hyeme ingens ſacrificium eam ob rem inſtituit, vt trecentarum hyemum (annorum) interuallo imperaret.* Porro Hiſtoriae GOTHRICI, a VERELIO in lucem protractae, inſertum legimus: ta war Starkader tre wetra han war nyn wetur i fehnringi medh Hroſshars grana. i. e. *ac tum quidem Starkaterus trium fuit brumarum (annorum), nouem autem brumis (annis) in Fenhringia vna cum Hrosharsgrano.* Ex multis pauca duntaxat in Schedis ARII Polyhiſtoris, quem latine edidit loquentem cum *Islandica* illa, qua ſcripſit lingua nobiliſſimus ANDREAS BVSSAEVS, conſulari honore praeditus, explanate tradita, haec tantum decerpſi, & quidem cap. II. poſita: *Ingolfus vocabatur vir natione Norvegus de quo vere dictum eſt, primum eum inde in Islandiam trajeciſſe, tum temporis Haraldo Pulchricomo ſedecim hyemes (annos) nato. - - - - Proditum eſt Haraldum ſeptuaginta brumis (annis) regnaſſe, octogintaque hyemes (annos) natum fuiſſe.* Cap. III. *e ſapientum relatione comperimus, poſt ſexaginta hiemes (annos) adeo excultam fuiſſe Islandiam, vt vlterius non habitaretur.* Cap. VI. *Regio incoli coepta eſt quatuordecim vel quindecim hyemes (annos) ante Chriſtianorum hinc in Islandiam aduentum.* Cap. IX. *Proxime praecedente hyeme (anno) in Norvegia fuerat (Isleifus), Inde huc trajiciens, - - - Domicilium vero in Haukadalo fixit, cum trigeſimum ageret aetatis annum, vbi hyemes (annos) ſexaginta quatuor vixit.* Et Cap. X. *cum (Gitorus) viginti quatuor hyemes (annos) aeque ac parens eius Epiſcopus fuiſſet, Ogmundi filius in primum Epiſcopum Hollenſem eſt ordinatus, anno aetatis trigeſimo quarto.* (*) Nec aliter computaſſe ODDVM, Monachum

(*) Verba idiomatis Islandici: *tha vas han vetri midr en halffertogr*, BVSSAEVS de anno aetatis trigeſimo quarto intellexit, WORMIVS autem de annis 39 & ſex menſibus, correctus ea propter ab HICKESIO Rudiment. Grammat. Islandicae in lib. I. Theſauri Lingg. vet Septentrionalium p. 43. qui vertit: *Tum erat triginta quinque annos & ſex menſes natus.*

Digitized by Google

nachum *Islandum*, ex historia OLAI TRYGWAE liquet, rectèque proinde IACOBVS ISTMENIVS in versione, iuxta atque ROBERTVS SHERINGHAMVS in codice *Anglo-Saxonico*, calamo tantum exarato (7), et IOH. PERINGSKIOLD, interpres Historiae *Wilkinensium*, THEODORICI *Veronensis* ac *Niflungorum* hanc numerandi rationem ante oculos habuerunt. Sed satis existimo vernaculorum testimoniorum est, immo plus satis, quantumuis ad manus quoque sit chronicon Reg. *Norueg.* SNORRONIS STVRLAESONII, refertum annis per hyemes computatis, dummodo quis ex indole stili et idiomatis antiqui *Islandici*, non autem ex translatione PETRI CLAVDII V. D. M. apud *Vndalinos* interpretetur.

§. 6.

Nondum tamen illa erudito lectori sufficiunt de hoc calculo obseruasse, nec operam perdam, oleumque meditationibus meis diutius inhaerendo. Nihil igitur vt intactum maneat, id merito contendo, antiquissimum esse hanc computandi rationem, et vsum obtinuisse tam ante, quam post *Christianam* religionem introductam, et in *Septentrione* propagatam. Nolo equidem pro gentibus priscis *hyperboreis*, quarum imperitiam, atque barbariem exteri passim mirantur et incusant idemtidem, verba nunc facere; ecquis autem credere ausit? adeo stupidos et tantis ignorantiae tenebris obrutos fuisse hos populos, vt, nullo prorsus discrimine annorum habito, communem fere humanita-

 tis

(7) Denotat Charta aetatem mediatoris nostri, ita quidem: *Se hælend Crist syddan he to thysum life com, and man waeard geweaxen dara he waes thrittig wintra eald on thaere menniscnysse.* i. e. *Quum saluator ille Christus in hanc vitam venisset atque adoleuisset, cum triginta hyemes expleuisset in hac humanitate.* vid. Discept. SHERINGHAMI de Anglorum gentis origine p. 220. add. L. CANVTI Reg. Angl. Cap. 19, apud LINDENBROG. Glossar. ad Codic. Legum antiquar. p. 1361.

Digitized by Google

tis ſenſum repudiauerint. Verum eſto, quod perhibet SCHEFFERVS(8), calendaria, quibus conſueuerunt vti *Lappones* haud eſſe alia, quam antiqua *Suecica*, literis notata *Runicis*, nec nota ipſis ante vel recepta, quum veniſſent in conſortium *Suecorum*, atque ab ipſis obſeruare dies feſtos didiciſſent; nullo tamen patet exemplo, eosdem omnibus omnino ſupputandi modis caruiſſe (9). Si homines ſocialiter viuentes, & eorum indigentiam atque ſingula negotia conſideremus, facile cognoſcimus, arcte vtique temporum diſtinctiones ac dimenſiones cum iis cohaerere, quandoquidem nulla temporum notatione exiſtente, oriatur oportet magna confuſio, nexui rerum et officiorum multorum nociua ac fatalis, quibus, tamquam fulcris, conſeruatio mortalium ſubnititur. Enimuero aut nihil intelligo, aut miraculum prope foret, ſi quis agriculturae, boni coloni inſtar, curam gerere, commercia exercere, contractus inire, et plures ejusmodi actus, ad ſui, aliorumque commodum, ſine temporum diſcretione ordinare ac diſponere potuiſſet. Neque proinde vltimam illam antiquitatem, quam ob computationem hancce annorum, OLAVS RVDBECKIVS (10), et poſt eum IOH. ENBERGIVS (11), aliique gentibus *ſeptentrionalibus* aſſeruerunt, cuiquam inuideo, dummodo reliqui *Germani*, iique indigenae, h. e. minime peregrinorum populorum aduentibus et hoſpitiis mixti, haud excludantur temere.

§. 7.

Vltra adhuc, quo prógredior, habeo, idque nunc volo, modum

(8) Cap. XV. Lapponiae p. 188.
(9) Per ea, quae obſeruauit GOBERTVS in tractatu, cui titulus: Nouveau ſiſteme ſur la Conſtruction & les Mouvemens du Monde, Par. 1703. excuſo, dantur in *Lapponia* duae aeſtates quinque menſium et duae hyemes vnius. conf. tamen SCHEFFERVS l. c. Cap. III.
(10) Part. I. Atlant. Cap. V.
(11) in Append. diſſertat. brev. Narrat. rer. memorabil. Vpſal. Kort Beretteſſe inſcript.

Digitized by Google

modum iſtum, annos, hyemum numero exprimendi, vnice ad ciuile inſtitutum reſtringendum. Nemo ſibi ſcrupulos ſuper hoc effato moueat, ſiquidem dubium non eſt, quin populi ſub axe *borea*, aeque ac alibi alii, interualla temporum et mathematica et ciuili ratione computauerint. Ab illa pendebant ſolſtitiorum obſeruationes, menſium ad curſum lunae diſpoſitiones, et eius generis plura, ab hac vero menſium, dierum, anni in partes haud ſcrupuloſe ſecti appellationes, et quidquid praeterea vſitatum ac vulgo receptum. Ex ea etiam cauſa mos inualuit, vt vel vnius partis e. g. hyemis nomine totus annus deſignaretur, vel per alia criteria diuerſorum negotiorum vices et actionum humanarum tempora ſupputarentur.

§. 8.

Haec vt planiora reddantur, quidni paulo ſolicitius examinemus, vnde annorum per hyemes computatio primitus orta? Ante vero, quam id fiat, de praecipuis aliorum, diuerſisque opinionibus ſeparatim diſpiciam, dehinc ſine circuitione, omnibus poſitis ambagibus, declarabo, quid ipſe ſentiam. Atque ita circumſpectanti haec et cogitanti, occurrunt illico mihi doctiſſimi viri, et hos inter aetate et ordine prior OLAVS WORMIVS, dubitanter, ambigueque conſuetudinem ab vna bruma in aliam numerandi, inde repetens, quod tot hyemis moleſtias et frigoris aſperitates ſuperauerint gentes ad *ſeptentriones* (12). Sed quum ex hoc, vtpote ſuſpicioſe tantum excogitato, nil valide probetur, et praegnans illa ratio magis anſam praebere potuiſſet, aliter computandi, haud vereor a WORMIO diſſentire, quem colendum caeteroquin duco, ac ſummopere laudandum. Secus ſtatuit LOCCENIVS, more ferme poetico inueterato priſcos *Sueo-Gothos* ita interdum locutos eſſe autumans (13), vt breuius nempe

(12) v. Faſt. *Dan.* l. c. (13) Cap. IV. Antiquit. Sueo-Goth. p. m. 18.

Digitized by Google

pe et rotundius loquerentur, in qua tamen ſententia parum itidem roboris ac ſpeciei. Nihil plane haec numerandi ratio conducit ad abruptum atque conciſum dicendi genus, et ad conſequendam ſtili elegantiam. Numquam affectarunt velut de induſtria ac data opera priſci illi *Sueci* obſcuritatem, quam ex breuitate ac neruoſo nimis ſermone naſci ſubinde, quis eſt qui dubitet? Hoc forſan aliquanto conuenientius videri queat dicere, & *Suecos* & caeterorum *ſeptentrionalium* ſcriptorum plerosque ferme omnes mythice non raro ſua ſenſa expromere, figuris ac ſchematibus adeo foecundos, vt eas more poetarum tam ex aureo AVGVSTI ſeculo, quam ex aeuo, quod inter AVGVSTVM & TRAIANI exceſſum fuit, vel adhibeant, vel imitentur ſaepiſſime. Quare metaphorice ac per Synecdochen hyemes de annis acceperunt maiores noſtri, et, vt me paucis expediam, vatum praegloriosiſſimorum, ac vel ipſa OVIDII veſtigia preſſere, qui venuſte alicubi canit (14):

Tranſit in AESTATEM, poſt VER, robuſtior annus,
Fitque valens iuuenis, neque enim robuſtior aetas
Vlla, nec vberior: nec quae magis aeſtuet, vlla eſt.
Excipit AVTVMNVS, poſito feruore iuuentae
Maturus, mitisque, inter iuuenemque ſenemque
Temperie medius: ſparſis per tempora canis.
Inde ſenilis HYEMS tremulo venit horrida paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut, quos habet, vlla capillos.

aut, quando VIRGILIVS, carminum princeps ac aemulus HOMERI ſcripſit (15):

Poſt aliquot (mea regna) videns, mirabor ariſtas?

& alibi, ſicut vbiuis eleganter (16):

Hic

(14) Metamorphoſ. Lib. XV. fab. 3. ℣. 205 ſeqq.
(15) Bucol. Ecclog. 1. cui nomen TITYRVS.
(16) Aeneid. Lib. 1. ℣. 65 ſeqq.

Digitized by Google

Hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,
Longius et voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia, populosque feroces
Contundet, moresque viris et moenia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit aestas
Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis.

Cui simile est hoc HORATII (17):

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Di dederint Leuconoe: nec Babylonios
Tentaris numeros, vt melius quidquid erit, pati:
Seu plures hiemes, seu tribuit Iupiter vltimam (18)
Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare.

Item illud eiusdem (19):

Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisque Phrygum classis Achillei,
Post certas hiemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Nec

(17) Carminum Lib. I. Od. XI.

(18) Versum hunc sic explanauit DACERIVS (v. les ouvres d'Horace, traduites en Francois auec des notes & des remarques critiques p. 159.): *soit que Iupiter vous accorde vne longue suite d'années, ou qu'il ait resolu que ce soit le dernier de vos Hyvers.* Non video autem cur vocabulum in textu HORATII *vltimam* haud aeque ac vox quae praecedit, *hyemes*, a qua tota verborum series dependet, annum, mortalibus cursum vitae absoluentibus decretorium, denotare & possit & debeat. LAMBINVS per *hyemem* non annum, sed tempestatem hibernam significari voluit, propter relatiuum *quae*, continuo subsequens, quia nempe *vltima hiems*, id est annus dici nequit *debilitare saxa. Verum hic*, ait IACOBVS CRVQVIVS, olim Literarum apud *Brugenses* Professor, in Commentar. ad h. l *secutus est Lambinus suos et vulgatos codices. Mei Blandini habent qui, nimirum Iupiter debilitat &c. atque ea lectio, meo iudicio sanior est: Quis enim dicat hiemem, id est tempestatem debilitare, seu frangere mare, id est vndam seu fluctus marinos! vnda namque tempestate non frangitur, sed increscit magis atque augmentatur. Quin etiam iuuat lectionem nostram, quod ad finem ἐπῳδῶν respondet Canidia: non saxa nudis surdiora nautis Neptunus alto tundit hibernus salo.*

(19) Carminum Lib. I. Od. XV.

Digitized by Google

Nec non Epitaphium apud MARTIALEM (20):

Hic feſtinata requieſcit Erotion vmbra,
Crimine quam fati ſexta peremit hyems.

Faueret vtique LOCCENIO, ſi metaphoris ſemper in loco vſurpatis, extra carmen etiam idoneis (21), animum ferirent ac vincerent Poetae, nec ſub iudice adhuc lis eſſet, annon interdum gentium ritu ita cecinerint. Quid? quod de calculo annorum per hiemes, ſat multa legum, atque hiſtoriarum monumenta perhibent teſtimonium, nullis integumentis Rhetorum inuoluta. Pro lubitu autem ſenſum literalem in tropicum mutare, & neutrum ab inuicem ex veris ſuis characteribus diſcernere, praecipuis & primis Hermeneuticae regulis manifeſto repugnat. Coniicio, hoc ſibi perſuaſiſſe FRANCISC. ERNESTVM VOGT, almae Academiae *Kilienſis*, cum viueret, Procancellarium ac Profeſſorem iuris primarium, in quo iurisprudentia, & *Germanicarum* antiquitatum ſtudia raro nexu coaluerant. Cauſam is perquirens, cur in legibus *Iuticis* annorum vice numerentur hiemes, concludit, ideo forte id factum, quoniam in orbe *boreali* potiſſimum anni ſpatium hiems conficit (22). Vix ac ne vix quidem negare id auderem, dummodo populi apud *ſeptentrionales* nonniſi per hiemes ſpatia temporum olim computaſſent, & homines in regionibus aliis eiusmodi numerandi rationes haud cognoſcerent.

Sed

(20) Lib. 10. epigr. 61.

(21) Quotusquisque autem eſt, qui intelligit, quid ſit AESTAS ANNI NOVI in GELLII Noct. Attic. lib. XVIII. c. 1. Pro calidis diebus verni menſis, vel pro menſe Septembre accipit PETRVS MOSELLANVS in annot. quod tum ſcilicet & aeſtas ſit & noui anni eius fructus percipiantur. Forte tamen haud ſiniſtra manu huic loco medicatur SALMASIVS dum legit: AESTATE ANNI NOVA. Quam emendationem vti nec reiicit FALSTERVS; ſic & addit rationem ex Iſidoro L. V. Orig. cap. 35: v. Admonitiones ad interpretes A. Gellii p. 332.

(22) Comment. Academica in leges Iuticas de homicidio, illuſtrationi & explicationi iuris Germanici accommodata p. 95.

Digitized by Google

Sed aliud ſuppeditant auctoritates atque exempla, non parui profecto momenti & ponderis. Vel ex ſolis ARII Schedis *Islendingae Bok* nominatis luculenter ſatis apparet, aeſtatum quoque charactere annos deſignari. Sic cap. IV. legitur: *Viſticto vt Nomophylax ſucceſſit e familia Rangaënſi Hramnus, filius Haengi Islandiae occupatoris vnius, eodemque functus eſt officio viginti aeſtates (annos), ſecundum ſapientum virorum narrationem.* Cap. VII. *Olafus Trygguinus eadem aeſtate (anno) mortem oppetiit ſecundum Saemundi Presbyteri narrationem.* Cap. VIII. *Nomophylacis officio poſt Thorgeirem binis aeſtatibus (biennio) functus eſt Grimus Moſſellenſis, Suertingi filius. - - - - - Scaptius huic muneri praefuit aeſtates (annos) viginti ſeptem. - - - Succeſſorem in Nomophylacis officio habuit Steinum, Thargeſti filium, qui tres aeſtates (annos), inde Thorkell, Tiornii filius viginti aeſtates (annos) & poſt hunc Geller, Bolverki filius nouem aeſtates (annos) huic muneri praefuere.* Cap. IX. *Poſt Gellerum Nomophylacis adiit officium Gunnar ſapiens, id quod tribus aeſtatibus (triennio) adminiſtrauit, ſucceſſorem nactus Colbeinum Floſii filium, qui ſex aeſtates (annos) idem direxit,* & Cap. X. *Marcus Skegginus Nomophylacis nactus eſt officium poſt Sighatum, & quidem ea aeſtate, quo anno vertente hac in regione fuerat Gizorus; huic autem muneri quatuor & viginti aeſtates (annos) incubuit.* (23) Quod ſi autem huc delati

(23) Ergo diſquiri adhuc poſſe non puto, vtrum aeſtas etiam integrum denotet anni ſpatium, & an numeros annorum aetatis humanae nunquam expreſſerint gentes *hyperboraeae* per aeſtates, quod tuetur ingenioſiſſimus RVDBECKIVS lib. I. cap. V. Atlant. p. 94. Vnde autem computationes annorum per ARATIONES in legibus *Gulatingenſibus* cap. 1. *Langleiguboikur: Si quis a domino praedium conduxit, illud per tot arationes retineat, quot a domino eum ſibi id pactum eſſe adſertores euincere poſſunt. - - - Non poteſt dominus Colonum praedio ejicere, quam diu durant anni conductionis,* & per AVTVMNOS leg. *Bajuar.* tit. 7. cap. 19. §. 4. in collectione LINDENBROGIANA, cui doctiſſimus PETRVS GEORGISCH, edito corpore juris *Germanici* antiqui, non leue ſubinde ſubſidium comparauit? Vnde quaeſo anni *contractuum*, a *Judaeis*, & DHILKARNAIM, ab *Arabibus* ex autumno numerati, indicio PETAVII de doctr. tempor. c. 41. ſq.? Vnde tempus & annus velut agrarius *Anglorum* apud SPELMAN. Gloſſar. voc. MONA. p. m. 417. Cer-

Digitized by Google

delati expendamus, num extra *Septentrionem* consuetudo etiam inualuerit, annos per hiemes computandi, VLPHILAM tantum cogitemus, eorum populorum Episcopum, qui varium nomen ac fortunam saepe diuersam sortiti sunt, ex quo cupido animos incessit, patriam relinquendi atque tam longinqua itinera, immo tot ac tam impeditas difficilesque vias ineundi. Hunc in *Moesia* praesulem *Gothorum* seculo aerae *Christianae* quarto, eandem numerandi rationem Interpretationi suae Euangeliorum sanctissimorum accommodasse (24), magnus OLAVS RVDBECKIVS pridem indicauit (25), quin post eum JOH. GEORG. KEYSLER, societatis Regiae *Londinensis* membrum repetiit (26). Ac est

propetum terminum significant, nec a more illo prorsus abludere videntur, quando vel in nostris Ducatibus *Slesuigo-Holsaticis* conductor a locatione ante mensem majum recedere non tenetur, aut dum in quibusdam instrumentis modo *Pentecostes*, modo festi MARTINI tempora & hodie octauae trium Regum, ceu vocant, solutioni praefiguntur. Quemadmodum vero ille, qui etiamnunc ejusmodi conficit instrumentum, annos aetatis & varia rerum ciuilium interualla aliter numerat; ita & olim quiuis per hiemes & aestates computare poterat annos, quantumuis diuersa quandoque negotia a calculo autumnorum & arationum penderent. Haud recte igitur WORMIVS ad anni initium ISLANDORVM retulit strictissime diem jouis. *Fardage* dictum, quasi diem itionum aut commigrationum indicarent homines, quum de aestate sex hebdomadae lapsae essent, ad locationes & conductiones fundorum, pecudum & jumentorum accommodatum, Fastor. Dan. Lib. I. cap. XII. p. 37.

(24) Raritas librorum sacrorum ab antistite VLPHILA in linguam *Moeso-Gothicam* conuersorum, ac verae solidaeque eruditionis laudes, quas dudum per vniuersum orbem litteratum sibi prae aliis supremo ornatis sacerdotio, proprias fecit eminentissimus Archi-Episcopus ERICVS BENZELIVS, saliuam mouent omnibus, qui harum literarum peritiam aliquam sibi tribuunt, vt publici fiat juris noua, eaque multo studio emendata & ad optimum codicem argenteum Bibliothecae *Vpsalien-sis* recognita versionis VLPHILANAE editio, cujus ante aliquot annos spem nobis fecit in praefat. ad dictionarium *Anglo-Suetico-Latinum* JACOBI SERENII, fama doctrinaque celeberrimi.

(25) Tom. I. Atlant. p. 93.

(26) Antiquit. select. *Septentrional* & *Celtic.* p. 199.

Digitized by Google

propemodum vt putem, *Romanos*, vetuſtiſſimis temporibus perinde ac *Graecos* ante Olympiadum computationem, annos ſuos mox brumarum, mox æſtatum appellationibus notaſſe (27), quantumuis ſimul fatendum, antiquiſſimas iſtas ſupputandi rationes *Latii*, vna cum ipſius vrbis *Romae*, quondam orbis Dominae, originibus in obſcuro latere, & vsque ad olympiades nihil exploratum in hiſtoria *Graecorum* inueniri, ſed omnia confuſis temporibus ſcripta, nec ſtatim tamen cum olympiadibus ipſis conſuetudinem aliter numerandi caepiſſe. Sed mitto haec, quum ex docto IONAE GAM, Lycei *Neſtuedienſis* Rectoris, Schediasmate de ratione anni ſolaris, ſecundum rudem obſeruationem veterum paganorum in Islandia (28), longe alia peti ratio poſſit, quare *arctoae* inprimis gentes in numerum annorum hyemes receperint. Digitum inibi vir clariſſimus intendit ad vetuſtiſſimum morem, dies per noctes computandi, diuerſis populis & *Germanis*, ſub quocunque etiam caelo domicilium ſibi conſtituerint,

(27) SERVIVS in illud VIRGILII (aeneid. Lib. I. fin.):

- - - - Nam te jam ſeptima portat
Omnibus errantem & terris & fluctibus aeſtas.

ita commentatus eſt: *annos intellige per aeſtatem. Nam ſic ante Olympiades computabant.* Quod expendens BECANVS lib. VERTVMNVS inſcripto p. 61, tria in animo habuit, dum ſpeciatim requirit, cur aeſtates pro annis vetuſtiſſimi homines poſuerint. *Gemina*, inquit, *ex iis quae de aeſtatis origine dixi, cauſſa emergit: Altera, quod aeſtas majorem partem anni complectatur: altera, quod eam anni partem, qua domi otioſis erat deſidendum, indignam judicarent quae anno annumeraretur. - - - - Quid quod & tertia diuiſionis ratio poteſt ex Vrbanorum hominum & mercatorum vita deſumpta, quos ſi interrogemus, quam partem anni victui & opibus quaerendis dedicandam exiſtiment: reſpondebunt ni fullor, non hanc aut illam partem. Sed integrum annum: cui quidem hominum generi totus annus aeſtas poteſt nominari; quandoquidem nullum tempus vacuum, eſſe ſinant ad ea coacernanda, quae non niſi victus cauſa recte quaerantur.* Explicatio quaſi colle attracta & vel ideo falſa, quoniam in iis etiam regionibus ac locis, vbi hyems maximam partem anni ſibi vindicat, aeſtates quandoque ſigna & notae numeri annorum fuerunt.

(28) Adjunxit hoc σχεδιον Arii Polyhiſtoris Schedis BVSSAEVS, & extat p. 81 ſeqq.

Digitized by Google

rint, atque proinde auctori nomocanonis *Jutici* idemtidem vſitatum, de quo GELLIVS, (29), SCALIGER (30), WORMIVS (31) LOCCENIVS (32), RVDBECKIVS (33), HICKESIVS (34), SCHEFFERVS (35), CLVVERIVS (36), GROTIVS (37), LINDENBROGIVS (38), PFANNERVS, (a), STRAVCHIVS (b), ECCARDVS (c), SCHEDIVS (d) ARNDIVS (e), KEYSLERVS (39) DIECMANNVS (40), GÆRTNERVS (41), SCHILTERVS (42) & qui non? referunt. Inde vero judicat, hyemes aeſtates anteceſſiſſe, ac priorem anni partem pro hyeme, poſteriorem pro aeſtate ſumtam. Specioſa oratio, niſi id ad diſtinctionem temporis mortalibus obſeruatam per certas anni partes, atque eo minime pertineret, cur nempe in computatione annorum hyems aeſtatem ſubſequatur. Quin & cogitare debuiſſet GAMIVS, vel ipſos cives *Islandos*, haud ſemper ſpatia & interualla annorum numero brumarum finiiſſe, quod tam certum eſt, quam quod certiſſimum.

§. 9.

Hoc ego in vnaquaque opinione, ordinatim ac ſincere expoſita, potiſſimum deſidero, ipſe vero ſic ſentio & animum nunc indu-

(29) Noct. Att. Lib. III. cap. 2. (30) de emend. tempor.
(31) Faſtor. Dan. Lib. I. cap. XII. p. 37.
(32) Lexic. juris Sueo-Gothici & Antiquit. Lib. I. cap. 18. p. m. 18 ſeq.
(33) Atlantic. P. I. cap. V. p. 93 ſeq. & alibi paſſim.
(34) Notis in Calendarium ſeu menologium poeticum, Grammat. *Anglo-Saxon. & Moeſo-Goth.* inſert. p. 209. (35) Vpſal. antiq. p. 299 ſeq.
(36) German. antiq. Lib. I. cap. XXXIII. p. m. 240 ſeq.
(37) de verit. rel. Chriſtian. Lib. I. §. 16.
(38) Gloſſar. ad Codic. legum antiquarum p. 1445 & 1477.
(a) Syſtemat. Theol. gentilis purioris p. 163 ſeq.
(b) Breuiar. chronol. p. 52 & 60. (c) Notis in leges Francorum ſalicas p. 74
(d) De Diis Germanis p. m. 490 ſeq. (e) Lexic. Antiquit. Eccleſ. p. 403
(39) Antiquitat. ſelect. ſeptentrional. & Celt. p. 197 ſeq.
(40) Specim. Gloſſar. Theotiſci Raban. Mauri illuſtrati p. 35 ſeq.
(41) Notis in leges Caroli magni de partibus Saxoniae p. 144
(42) Gloſſar. Teuton. voc. Naht, Nacht, p. 623

Digitized by Google

induco meum, ortam esse auitam illam consuetudinem, annos per hiemes, aestates, aut alios ejusmodi characteres computandi, casu & fortuitu, ex spontaneo, voluntarioque gentium instituto, ac humana quadam simplicitate, ea tamen, quae & prouida, & temporum notationi vtcumque inseruit, Tempus nocturnum diurno praemittunt *Judaei*, quoniam tenebrae priores luce fuerunt, atque hinc morem dies per noctes numerandi ab *Hebraeis* ad *Phaenices, Numidas, Gallos, Polonos, Germanos* & alios traductum volunt (43). Sed ejus rei nulla extant indicia apud MOSEN & scriptores profanos respectu brumarum, quatenus quidem hyems ordine praecedit, & aestas subsequitur. Vnde itaque erat, quod annos per hiemes, aestates & sic porro computarent, vbi quis instat, ei rationibus ex conditione hominum & temporum desumtis, satisfaciam. Nimirum! haud fictam gentium barbariem in medium reuoco, sed ex historicis cognosco & inter scriptores pene vniuersos conuenit, mortales olim rudes admodum Astronomiae fuisse, dummodo rerum antiquissimarum memoriam repetamus, nequicquam vetustate prorsus deperditam aut extritam. Characterismos temporum admodum vulgares & simplices, atque in sensus facile incurrentes seligebant, qui sufficere videbantur ei aeuo, & circumspicientibus se vel forte, vel

(43) CAESAR Commentar. de bello Gallico Lib. VI. cap. 18. *Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant, idque ab Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt, & dies natales & mensium & annorum initia sic obseruant, vt noctem dies subsequatur.* Sed CAESAREM in eo grauiter erasse persuasus CLVVERIVS Germ. ant. L. I. c. 33. p. m. 241. *ob eam causam*, inquit, *temporis spatia computata fuisse noctium numero, non magis ego de Gallis, quam de Germanis, Numidis, Atheniensibus & Hebraeis crediderim, certumque est, hoc non Druidas prodidisse, sed Caesarem suopte conieciisse indicio.* In eandem sententiam DAVISIVS notis in h. l. *inepta est ratio, quam protulit noster, nec eam, vt opinor, adsignarunt Druidae. Huiusce vsus non alia fuit causa, quam quia diem ab occasu solis ad occasum esse statuerunt, quemadmodum etiam Athenienses alique.* Conf. HENR. LINDENBROG. ad CENSORINI de die Nat. cap. XXIII.

Digitized by Google

vel prouidentia, vel vtcumque obtulerant. Narrat OLAVS MAGNVS (a), quod incolae extremi *ſeptentrionis* ſpatia temporum volatilium & campeſtrium animalium cantu vocibus & geſtis metiantur. Eodem pertinet ἀλεκτοροφωνία, gallicinium noctis, quod facit, vt de fato diui PETRI Apoſtoli cogitem. Appoſite quoque PHILIPPVS IOHANNES de STRAHLENBERG (44) eam in ſententiam: **Die einfältigen tummen Tatern und Oſtiaken in Siberien rechnen nicht nach Jahren, wie wir, ſondern ſo offt der Schnee fällt. Denn wenn ich einen unter ihnen frage, wie alt biſt du? ſo antwortet er mir nicht: ſo und ſo viel Jahre; ſondern ſo viel Schnee-Fälle.** Et quem fugit? vel hodie in diuerſis, atque ideo in noſtris etiam regionibus *Slesuigo Holſaticis*, ſat multos ex vulgo imperito reperiri, qui varias, & ſimiles prope computandi rationes & epochas amplectuntur, popularem ad vſum quodammodo conducentes. Mox enim ad aëram *procellae*, *frigoris*, *eluuionis*, *peſtilentiae*, *vaſtitatis* & *Cometae* adhaereſcunt, vt alia ſicco pede praeteream, quae in rebus inſolitis admirationem mouent maximam, & ad conſtantem velut reminiſcendi felicitatem aliquid conferunt. Mox ſola *decennia* aut *viginti annorum orbes* aetatis annos exprimentibus placent, interdum & per *centurias* nonniſi & *chiliades* quidquam deſignant ſingulas *anni* dies non minus, quam exactum temporis momentum, aut certum annum, quo quis natus, quo hoc & illud reipſa contigerit, plane non curantes. Dum igitur intra ejusmodi fines ſtetit gens dura & cultu aſpera, dum arctis & anguſtis limitibus terminabatur res chronologica hic quoque mos inualuit apud priſcos majores noſtros, vt per hiemes, & ejus generis alios characteres interualla annorum computarent.

§. 10.

(a) Lib. I. cap. XXII.

(44) v. Nord- und Oſtliche Theil von Europa und Aſia p. 375.

Digitized by Google

§. 10.

Haec origo & pueritia computationis annorum per hiemes erat, cui plus roboris acquirebat coeleſtis globi ſcientia, quam neceſſitas imperauerat & deinceps ciuilis quoque auctoritas. Quum enim minus accurata iſta numerandi methodus non ſine magna confuſione ad vſum vitae adhiberetur, ac nemo illius ope, annorum ſingulorum exactam rationem inſtituere poſſet, ſubſidiis aſtronomicis indigens, ſucceſſu & fauore temporis homines, initio ab inuicem diſperſi, deinde in ſocietate aliorum ſtatuque cultiori ſpectabiles, ex quibus tandem coniunctis regna atque imperia extiterunt, paulatim incipiebant per aliquot experimentorum & obſeruationum nubem primas quaſi luminis radios diffundere. Ex quo vero iidem faciem caeli, cuius adſpectu nemo fere tam abiectus, quin afficiatur, ſolem nempe, lunam, ſtellas, horizontem, admirabilium coeleſtium orbium varios certosque curſus, & quidquid praeterea hic occurrit, profundius ac perattente oculis atque animo conſideraverunt, non potuit non clariſſime explendeſcere, quanta haec cognitio adiumenta porrigeret in vita communi, ad dies inprimis, hebdomades, menſes & annos recte ac legitime conſtituendos. Nec deerant ſane inter erectos orbis *artis* populos, ſiue paganos adhuc, ſiue ſacris Chriſti initiatos, qui nunc ad montem, ſpeculam, tumulum ac praecipitium quoddam, ortum & occaſum ſolis diligenter notabant, nunc ad celebriores affectus oceani, ex luna dependentes, annum ſuum digerebant (b), & ad motus ac *φαινόμενα* in coeli circulo admodum intenti, in acutiſſimae gentis laudem aemulo tanquam ſtudio enitebantur, & de nouo ornatu ac meliori temporum

(b) conf. SCALIGER de emendat. temporum Lib. 2. RICCIOLVS chronol. reformat. Lib. I. cap. 51. ION. GAM de ratione anni ſolaris pag. 34. ſeqq. GAERTNER ad Leg. Friſiorum p. 141.

Digitized by Google

porum forma cogitabant. Notius id puto eſt, quam vt a me demum debeat operoſe enarrari, ſignateque pridem calendaria ſeptentrionalium, in baculis etiam ac ſcipionibus conſignata (45), OLAVS MAGNVS (c), WORMIVS (46), RVDBECKIVS (47), ELVIVS (48), & VERELIVS (49), produxerunt, in quibus explicandis licet imaginationi ac aetati faſtorum nimis ſubinde tribuerint, & philopatriam ſuam ſignificaturi, ex ingenio, vt ſolet fieri in hieroglyphicis, quaedam excogitarint, aut recentiora inuenta ac hypotheſes ad haec Calendaria adaptarint viri doctiſſimi; facile tamen quilibet, a μεμψιμοιρία & rerum domeſticarum faſtidio alienus deprehendet, vel rudiores ex iis anni temporumque viciſſitudines, & alia hominum inſeruientia commoditati ac neceſſitati colligere potuiſſe.

§. II.

Huc quoniam deuenimus, jam de eo aliquid monebimus, a quo die ac menſe initium anni numerauerint priſci populi *boreales*, vbi paulatim annum ſuum caſtigauerant. Neque vero id dum aggredior, recoctum duntaxat atque inane apponam, aut temere falcem meam in aliorum meſſem immittam, quin mihi potius haud difficile videtur periclitari, an aliquot obſeruationum inſtituere queam ſpicilegium. Si quis igitur cupiat ex me ſcire, a quo die annus *ſeptentrionalium* paganorum exordium duxerit, neſcitum adeoque hoc eſſe incertum dixerim, vt pigeat fere

(45) Ab illis lignis diuerſos eſſe baculos magicos, Runicis itidem characteribus inſignitos, de quibus praeter WORMIVM noſtrum STEPHANIVS ad SAXONEM grammaticum p. 45 ſq. & ARNKIEL in libro de cornu *Oldenburgico* p. 90 ſeq. non reticuit FABRICIVS in menologio p. 150.

(c) L. I. cap. XXIII. & L. XVI. c. X.

(46) in Lexico Runico de litteratura Runica & in faſtor. Danicor. libris III.

(47) in Atlantica part. 2. cap. 9. (48) ſingulari diſſert. edita Vpſal. 1708.

(49) notis in *Heruarar* Saga cap. IV. Sed & TORFAEVS eleganter diſſerit de Kalendarii vſu vetuſtiſſimis *Islandis* noto & quid ex eo habuerint. Tom. II. Hiſtor. Norueg. p. 126 ſeq.

Digitized by Google

re conuertere oculos ad secula illa, inter barbara Deorum sacra, totque turpes gentilium ritus deperdita. Varie quippe a variis (*) terminus a quo expositus est, & etiamsi largiar WORMIO, SCHEFFERO aliisque, initium anni ob eo momento, quando sol ingreditur capricornum & breuissimam facit diem, numerari coeptum, latet tamen incognitum, annon aliud olim in *Septentrione* anni noui tempus fuerit obseruatum (**)? Extra controuersiam positum arbitror, quod circa primordia christianae religionis praecipuae *hyperboreae* gentes, nutu consilioque coelesti alia sacra amplectentes, noui anni auspicia d. XXV. Decemb. celebrauerint. In honorem ac memoriam nati Seruatoris hoc factum & ad insignem rituum paganicorum mutationem pertinere, nullus dubito. Qui enim priscarum superstitionum vanitatem agnoscebant, ac ludorum *iuliorum* solemnia damnabant Imperantes *christiani*, alios omnino ludos apparauerunt, aliosque dies hilares luculentosque dare voluerunt, plenos gratulationibus & omnis generis feli-

(*) v. LOCCENII antiquit. Sueo-Goth. Cap. V. WORMII Fastor. Dan. Lib. I. Cap. VII. VERELII Not. in Heruarar Saga Cap. IV. SCHEFFRI Vpsal. antiqu. Cap. XVI. RVDBEKII Atlantic. Part. I. Cap. V. & Part. II. Cap. IX. HICKESII Not. in calendarium Anglo-Saxonicum Lib. I. Thesauri lingg. vett. septentrional. p. 209 seqq. ARNKIEL. Cimbrisch. Heyden Religion Cap. XXIX. SPERLINGII Dissert. de nomine & festo JVEL. OLAVI RVDBECKII filii epistol. apud FABIANVM TORNERVM Dissert. de origine ac Religione Fennorum p. 21. BIRCHERODII Palaestr. antiquar. Disquisit. I. & II. TERPAGER. Schediasmat. de sacris veterum Danorum vigiliis. PYLII Memorabil. Pomeraniae circa natalitia Domini. KEYSLERI antiquit. septentrional. & Celt. p. 159 seq. 349 ac 367.

(**) Haud ita pridem Cl. JON. GAM Sched. de ratione anni solaris p. 103. & 117. scripsit, annum *Norwegorum & Islandorum* paganorum XIV. Octob. suum habuisse initium, inuecto autem vero Dei cultu ipsis Calendis Ianuarii. Vtrumque falsum, & ex adducto loco legis sancti OLAVI, *Norwegiae* Regis nihil valide probatur, quandoquidem aliud est, hyemem inchoare, aliud auspicari nouum annum. Hic duo quidem sunt termini a quo ad quem, ab invicem tamen oppido diuersi. conf. quae supra monui. p. 17. Not. (23).

Digitized by Google

felicitate. Quo anno autem initium anni a natali redemtoris humani generis in *septentrione* numerari coeptum, de eo non disputabo nunc curiosius. In Noruegia Regem HACONEM, *Adelstanum* sibi subjectis primum injunxisse, vt festum juliorum eodem celebrarent tempore, quando *Christiani*, tradit STVRLESONIVS, cuius haec sunt verba (1): Hand hølt den Christen Religion hemlig hoos sig sielf, doch befalde hand, att sette vdi Lougen, at holda Julehøi tid paa den tid, som de Christna den hulde. *Ipse quidem occulto secum Christianam fouebat religionem, interim praecipiebat scribi inter leges, vt deinceps pagani celebrarent festum juliorum, quò tempore Christiani solent.* (2) Festum *juliorum* Regem indigitasse autumat SCHEFFERVS (3) quod ob annum nouum celebrari moris erat, atque tunc celebrabant d. XXV. Dec. filii Dei natalitio *Christiani* & illi speciatim, qui neque legibus *Romanis* subjecti, neque ex ipsorum praescripto annos metiebantur, saltem in *Norvegia* & regionibus vicinis. Sed in *Anglia* educatus erat Rex HAQVINVS, ibidemque doctrinae & rituum *Christianorum* cognitione imbutus, inde nomen *Christianum* in *Noruegiam* intrauit, admonitis incolis, sinerent vna salutaris fidei & meliorum institutorum societate conjungi coalescereque in vnam CHRISTI ecclesiam. Quin & alibi non minus Christiani in anno inchoando tunc seruabant tempus CHRISTI Natalitiorum.

Perspi-

(1) Chronic. Reg. Norweg. ex versione *Danica* PET. CLAVDII p. 74.

(2) Occasione huius legis producere locum non piget ex TORFAEO, quo de triduano *Iolensi* festo antiquitus celebrato, sic loquitur: *Auspicabantur illud a nocte, quam appellant* Haukunott, *aliud Chronicon, idque vetustius,* Hoc kunott *cuius vt etymon, ita & rationem ignoro; neque enim alibi legisse memini: codex etiam Flateyensis omisit) nocte nimirum, iisdem interpretibus, quae mediam hyemem diuidit, in duas partes aequales, mensemque Thorrum orditur. Incipit illa in Calendario Iuliano, cum primum a nono Ianuarii, cum nouissime a decimo sexto eiusdem mensis, omnibus etiam intermediis diebus, pro annorum festum mouentium ratione. Illo tempore, ante Haconis huius reformationem festum Iolense celebrabatur; a Procopii tempore diuersum.* v. P. 2. Histor. Norueg. p. 215.

(3) Vpsal. antiqu. p. 297.

Digitized by Google

Perſpicuum faciunt annales S. NAZARII & LOISELIANI, incertus auctor vitae CAROLI M. apud QVERCETANVM, Monachus EGOLISMENSIS, Annales LAVRESHAMENSES & BERTINIANI ac SAXONICI MSti, Annales METENSIVM, RHEGINO, Poeta SAXO, WIPPO in vita CONRADI *Salici*, BRVNO in hiſtoria belli *Saxon.* Apologeticus HENRICI IV. & alii. (4) Quid igitur procliuius eſt ſuſpicari, quam a priſcis *Germanis*, coeleſtis diſciplinae alumnis, & in obſequio, Imperatori ac Pontifici *Romano* debito (*), gloriam agnoſcentibus, conſuetudinem, aliud obſeruandi anni noui tempus, cum natiuitatis feſto, ſiue d. XXV. Decembris conjunctum, ad *Germanos* vicinos *ſeptentrionales* traductam, qui aliquanto ſerius *Chriſtianae* religioni nomen dederunt. Ego vtique auſim propugnare, inde euenisſe, vt gentes ad *ſeptemtriones* olim annum a nocte, quae ſequitur XXIV. Decembris, auſpicarentur, eamque, teſtante hoc ſpeciatim de *Anglo-Saxonibus* BEDA venerabili, *modrenecht*, *moedrenecht* i. e. parentem aliarum noctium omnium appellarent. (5) Ab ea ad fidem Euangelii conuerſae annum ſuum inchoabant ſimulque

(4) Conf. CAROLI du FRESNE Gloſſarium ad ſcriptores mediae & infimae Latinitatis voc. ANNVS. Nec non chronicon Gotwicenſe p. 134. opus, tam egregio & exaſciato labore confectum, vt Reuerendiſſimus Auctor ad medii aeui lucem hiſtoricam ſidus attulerit fulgentiſſimum, ac reliquorum Tomorum apud quoscunque ingens deſiderium excitauerit.

(*) Sunt qui vnice curiae Papalis inſtituta hic ſuſpiciunt, factumque proinde cenſent, vt annus Chriſti a feſto natiuitatis initium ſumſerit v. MACRI hiero-lexicon Romae 1677 impreſſum, voc. *aera* & *indictio* Huc non minus referunt titulum XXIII. concilii *Colonienſis* ab HENRICO Archiepiſcopo cum ſuffraganeis, interpoſita Papae CLEMENTIS auctoritate a. 1310 celebrati: *Statuimus etiam, vt ex nunc de cetero annus domini obſeruetur, & in natiuitate Chriſti innouetur a quolibet anno, prout ſacro ſancta Romana eccleſia id obſeruat, quae eſt omnium eccleſiarum caput & magiſtra: vt errores & difficultates, qui propter diuerſitatem inceptionis anni natiuitatis ejusdem multoties euenerunt, de cetero euitentur.*

(5) v. SCALIGER de emendat. temporum lib. 2.

Digitized by Google

que feſtum Natalitiorum Domini in jure *Islandico* JOLA, alias etiam VIGDNATT, in lege ALFREDI Regis *Anglo-Saxonum* GEHOL, in *Danicis* ac *Suethicis* monumentis JOL, JVL, in Liturgia eccleſiae *Scoticanae* rubrica, quae pſalmos quátuor magnis feſtis legendos deſignat; *Joule oc Chriſtmas dag* (6), ac apud *Germanos* etiamnunc *Weihnacht* veteri eorum more, qui dierum ſpatia noctium nominibus efferebant, denominatum (7), ac Regi olim *Norwagiae* OLAO II. ſancto, alias *Digre* i. e. *obeſo* adeo carum, vt in jure, quod *Kriſtinrett* appellabat, feſtum hoc natalitiorum per integros tredecim dies ſolemniter agitandum eſſe ſanciret, ac majorem longe a ſubditis meliora edoctis tum pietatem, tum vitae morumque exigeret integritatem, poſtquam in vicinarum gentium mores & inſtituta, quae religionem ſpectabant, anxie inquiſiuerat (a). Sed vocant me itidem Kalendae Januariae, propterea quod iis non minus circumſcripſerunt anni ſui exordium tam *Germani* ſuperiores, quam in extremo noſtro *Teutoniae* ad ſeptemtriones angulo, licet mos conſtans deinceps plebis potiſſimum & infimae multitudinis fuerit, vt a die XXV. Dec. ad feſtum vsque trium Regum maxime notabiles duodecim numerarentur dies, *Merckedage* appellitati (b), & aliquamdiu in ſcripturis publicis annus locum

(6) conf. WORMII Faſt. Dan. L. I. c. XII. p. 37. VERELII Ind. & ling. Goth. HICKESII not. in Calendar. *Anglo-Saxonicum* p. 209. & Lexicon vocum antiquarum ARII voc. VIGDR.

(7) Inconſiderate ergo tuetur SCHERAEVS: Die uralten Deutſchen, da ſie noch Heyden geweſen, haben umb dieſelbige kalte Zeit einander eine Weinverehrung gethan, und haben nicht geſagt Weintage, ſondern Weinachten. ‚ ‚ ‚ ‚ Aber hernach, als ſie Chriſten worden, haben ſie dieſe heilige Zeit genennet Weyhenachten vom Weyhen, daß uns Chriſtus in ſeiner Geburts-Nacht alle geweyhet hat zu ſeinen Dienern vid. geiſtliche Sprachen-Schule p. 87. add. JVNII Nomenclator MARTINII Lexicon philologicum titul. *Natalis Domini*. SCHMID. Hiſtor. feſtor. p. 52. TREVERI progr. de voce Weyhnachten & alios.

(a) TORFAEI hiſtor. Norueg. Part. 3. p. 63. & BIRCHERODII Palaeſtra antiquaria p. 33 ſeq.

(b) Illos *Merckedage* ad prognoſtica tempeſtatum ſolummodo & prudentis

Digitized by Google

cum inueniret, a natali Domini putatus (c). Hi commemorabiles duodecim dies redolentes temporum faſtorum et nefaſtorum ſuperſtitionem, quemadmodum de auſpiciis noui anni ipſo die caeli ac terrarum principis natalitio quondam celebratis, hodieque teſtantur; ita id cumprimis accuratius examen ſubire pridem meruiſſet, cur idem anni initium tandem aliquando in calendis Januarii haeſerit. Ego, ſi cum RVDBECKIO, viro laborioſiſſimae induſtriae, JANI natales in *Suecia* vel reperire, vel quaerere (8), ac ſaltim ad nomen JOANNIS eidem JANO ſubinde tributum (9), ad-

agricolae obſeruationes extendit WORMIVS faſtor. *Dan.* lib. I p. 59. ex eorum ſerenitate, aut pluuiis, ventisque permiſta tempeſtuoſitate, tum aeris temperiem per totum annum, tum infinita alia rem ruſticam ſpectantia haud inſulſa coniectura colligentis. Sed vetus quoque opinio eſt, eaque et plebis in *Holſatia* noſtra conſenſu firmata, vim praeterea prorſus omnino ſingularem his diebus ineſſe, quorum ſuperſtitione etiamnunc multi homines adeo obligantur, vt in iis fuſos rotare et facere penſa diurna colo, aut appellare diabolum, (ſileo alias deliriones), piaculum fore arbitrentur. Hinc enim in prouerbium fere abiit: Man muß den Teufel im Zwölften nicht nennen.

(c) Hoc dubio procul vult Heros in toga et ſago illuſtriſsimus HENR. RANZOVIVS, quando in diario ſiue calendario *Romano* p. m. 133. *incipit*, ait, *annus apud nos, quemadmodum etiam apud veteres Romanos Calendis Ianuariis, id eſt, primo Ianuarii: Tam etſi in aulis Regum ac principum in ſcribendo incipiant annum a natiuitate Chriſti.*

(8) RVDBECK. Atl. part. 2. Cap. V. p. 432. *Inter nomina ſolis Gothica etiam Jon, id eſt Ianus. - - - - Quamquam autem Ianuarii nomen a Iano profectum eſſe, Romani ſua ſponte fateantur, tamen quid ſibi velit* ARIVS, *nominis iſtius pars poſterior, penitus ignorant. Ea vero ex Gothico* Ære *Anno deſumpta eſt, vnde nomen eſt menſis integrum in lingua Gothica veteri Ionurs-Ære, quod Romani aliquantulum corrumpentes verterunt in Ianuarium.*

(9) IOANNES GOROPIVS BECANVS Lib. V. Gallicorum p. 127. *Artemiſia nobis S. Ioannis herba vocatur, et huius diui vigiliis et feſto die omnes ea ſeſe cingunt et coronant nec non limina praetexunt. Cuius rationem ſi rogentur, neſcio quas nugas de Laruis et Lemuribus exponunt; cum nobis certum ſit, Artemiſiam Iano ſacram olim fuiſſe, eo quod pedibus robur ad itionem, cui janus praeſidebat, adderet: quae res deinde ad D. Ioannem tranſlata eſt propter nominis ſimilitudinem; quoniam nimirum eos, quos alii Ioannis nomine vocant, nos janas dicamus. Ianus enim nobis a* GAN *dicitur, G. in I. conſonantem, propter cognationem, mu-*

Digitized by Google

adſcendere liceret, aut ſi vnquam pagani *Germani* in honorem JANI alicubi calendis Januarias feſtum diem anni venientis habuiſſent, crederem, antiquum ritum ac ſolemnia incipientis anni repetere voluiſſe maiores noſtros, ſalua religione Chriſtiana, & illaeſa maieſtate illius, qui eſt auctor ſatorque rerum, cauſa vniuerſi initialis, gubernator operis ſui ac ſoſpitator. Quis vero tam aperte falſa de JANO commemoret *Romanorum*? ſiquidem nil quidquam grauius poſt fata quoque luit illuſtris RVDBECKIVS, quam quod pro ingenii ſui felicitate, victus amore patriae, perſaepe quaedam comminiſcitur, atque interdum miro quodam artificio perperam aliis perſuadet, vel nimium credulis, vel gentis ſuae gloriae amplificandae cupidiſſimis. Nec facile pronunciauerim, an JCtorum *Wittenbergenſium* ſententia maioris momenti erit apud peritos harum rerum iudices? relata ab ANDREA SCHAEFFERO (10), & a BERNARDO LVDOVICO MOLLENBECIO quoad praecipua momenta ſic in compendium redacta (11): Ob wohl im Reich Teutſcher Nation in allen und jeden Inſtrumenten die Jahrzahl unſers Heyls, vermüge Römiſcher Kayſerl. Majeſtät Ordnung zu Cölln Anno 1512 aufgerichtet, zu ſetzen, und dahero nach Brauch, Vbung, und Gewohnheit jedes Jahr nach Chriſti Gebuhrt ſich anfähet, ſo wird doch in Zweiffel gezogen, ob die Computatio von dem 25. Tag Decembris zu nemen, dann die letzten ſieben Tage deſſelben Monahts gehören eigentlich ad initium des Neuen Jahrs, oder ad finem vorgehenden Jahrs, in dieſem Verſtande, daß zwar ein jedes Jahr zu ſchreiben, nach der Geburt Chriſti, doch den Anfang neme, von dem erſten Tag Januarii, alſo und dergeſtalt, daß das 1606te Jahr nach Chriſti Geburt, in noch wehrenden ſieben Tagen des Monats Decembris,

tata. Sed vehementer in illos, qui Chriſtianum JOHANNIS nomen in ethnicum JANI mutant, GRETSERVM Rer. var. 9. p. 93 ſeq. declamaſſe ex DIECMANNI Specimine Gloſſarii liquet p. 142.

(10) Part. 3. q. 1.

(11) Diſſertat. de primis Calendis, Neuen Jahrs-Tag Giſſae habita A. 1683.

Digitized by Google

bris, vor den erſten Tag Januarii, anni 1607 jam currentis, geweſen, noch annus 1606 currens, nondum finitus & perfectus: finitus autem & perfectus cum fine menſis Decembris, ita vt annus 1607 a Calendis Ianuarii reuera incipiat. Der erſten opinion wird in Curia Romana, Italia, Hiſpania und in andern Landen gefolget. Dahero ſagt Bartolus: In ipſa die Natiuitatis Chriſti annum mutari. Die andere opinion belangende, ſchreiben etzliche Rechtsgelehrten, eam vſu in plerisque regionibus obtinuiſſe, welcher vſus dann in acht zu haben. Sie ſchreiben auch ferner: hoc magis conuenire Aſtrologis, ſintemahl dieſelben nicht auf das, was der Pabſt zu Rom mit Zuziehung Rath und Einwilligung ſeiner Coadjutorn, des vermeinten ſacri Palatii Apoſtolici, disfals angeordnet, ſondern auf Annum Iulianum, der ſich a Calendis Ianuarii anfähet, ein Auge haben. Quin & nemo nos edocet, quando primitus *Teutones* ſiue *ſeptentrionales*, ſiue *occidentales*, diem 1. menſis Januarii initium anni fecerint. Nouimus interea adhaerere Calendis Januarii feſtum circumciſionis CHRISTI, haud ſane adeo recens ac RODOLLPHVS HOSPINIANVS (12), JOH. ANDREAS SCHMIDIVS (13), & alii opinantur. Poſtquam enim *Romani* malo ſuperſtitionis genio & vſu ducti, cum Calendis ſuis Ianuarii turpiter ſe dabant, & primus ille dies, quoties illuxerat, immoderatae libertatis & intemperantiae, fauſtum omen anni totius feliciter ac hilariter tranſigendi habebatur, pii & docti in eccleſia Chriſtiana viri, nominatimque AMBROSIVS, TERTVLLIANVS, AVGVSTINVS, CHRYSOSTOMVS, PRVDENTIVS, CHRYSOLOGVS, ASTERIVS, & AMASENVS interuenere (14), nec ita

(12) De origine feſtorum Chriſtianorum p. 25.

(13) Hiſtor. feſtorum & Dominicarum p. 69.

(14) Vide ſis CANGII Gloſſar. voc. KALENDAE & BINGHAMI originum eccleſiaſtic. volum. IX. ex interpretatione GRISCHOVII *Latina* p. 6 ſeqq. Luculenter quoque & grauiter JANVM, qui Θυραῖος Θεός dicitur, quod januis praeeſſe, valuarum praeterea, clauium ferarumque inuentor crederetur. (Quo nomine etiam APOLLINEM venire, quum idem ſit ac JANVS innuit VOSSIVS Lib. 2. praeclari operis de Idololatria Cap. 16.

Digitized by Google

ita multo post dies festus circumcisionis Domini, Natiuitatis octauus, ad Kalend. Ianuar. celebratus. Seculo iam VII. diem hunc festis accenset Concilium *Remense* a. DCXXX, apertius multo & enucleatius prioribus iisque antiquioribus conciliis dies signans religiose & festiue agendos (15). Dehinc seculo VIII. eius mentionem facit CHRODOGANGVS, *Metensis* Episcopus (16), secul. IX. CAROLVS M. (17), concilium iussu eiusdem CAROLI Imperatoris (18) *Moguntiae* in clastro Basilicae S. ALBANI habitum (29), HAITO Episcopus *Basilienſis* (20) Caesares LVDOVICVS Pius ac LOTHARIVS (21), concilium *Aquisgranense* (22), HE-

p. 388.) ARNOBIVS notat Lib. 3. aduersus gentes p. 69. edit. ELMENHORST. *Si janus & annus*, inquit, *Deus esse nec sic potest. Quis enim annum ignorat temporis esse circumscriptionem statam, nec habere vim numinis id, quod spaciis mensium, & dierum dinumeratione conclusum est? Quod ipsum licebit in Saturnum non absimili ratione traducere. Nam si tempus significatur hoc nomine (Graecorum vt interpretes autumant), vt quod chronos est, habentur cronos, nullum est Saturnium Numen. Quis est enim tam demens, qui tempus esse dicat Deum, quod mensura cuiusdam est spacii in continua serie perpetuitatis inclusi?* conf. Can. 22 Concilii *Turonenſis* II. a. 567. & Can. 1. Concilii *Antisiodorenſis*, a. 578. T. VI. concilior. ad edit. LABBEI & Cossartii recognit. *Venet.* 1729 p. 543 & 643.

(15) Non omnes ferias enumerasse *Agathense* Concilium, e Canonis XXI. colligas verbis: *Et si quae maximi dies in festiuitatibus habentur*, quin & in Can. XV. Synodi *Aruernensis* legitur: *Et si quae principales sunt reliquae solemnitates.*

(16) Regul. Canonicorum Cap. LXXIV. apud JOH. LVC. ACHERIVM, I. Spicilegii volumine.

(17) Capitular. Lib. I. Cap. CLXIV. & Cap. CLXXXVI. conf. LEHMANNI Chron. *Spir.* p. m. 145. de CAROLI M. Capitular. legefis CONRINGIVM de origine juris Germanici Cap. XIV. ITTIGII opuscul. var. p. 450 seq. & FABRICII Bibl. mediae & infimae Latinit. Lib. III. p 941.

(18) Errant qui hoc Concilium ad tempora LVDOVICI Caesaris referunt. conf. JOH. ANDR. SCHMIDII dissertat. de Concil. Moguntinensium §. III. p 4.

(19) Canon. XXXVI.

(20) Capitular. apud ACHERIVM Spicileg. volum. VI.

(21) Lib. II. capitularium ab ANSEGILO *Senonenſi* Archiepiscopo collectorum Cap. XXXV. (22) Cap. XLVI.

Digitized by Google

HERARDVS *Turonenſis* eccleſiae Epiſcopus (23), & WALTHERIVS, Praeſul *Aurelianenſis* (24). Vtrum fragmentum incerti auctoris de ritibus & ceremoniis eccleſiae *Romanae* in antiquo codice repertum, a Wolfgango LAZIO erutum a tineis, & epiſtolae Caroli M. ad ALBINVM, huiusque ad CAROLVM reſponſoriis litteris, & verſibus de myſterio Miſſae adiunctum, hoc quoque ſeculo fuerit conſignatum? ambigo. Prae ſe fert tamen characterem antiquum, atque in eo multa de octaua Domini & circumciſione memorantur (25). Praeterea Calendaria priſca (26) & Martyrologia, quae ex diptychorum fonte propullulauerunt, & a ſuppoſititiis probe diſcernenda (27), porro, veteres diuinorum officiorum ſcriptores attingunt feſtum illud, etiamſi non vbiuis vno atq; eodem velut tempore inſtitutum. Quem enim fugit? varias Epochas modo huic, modo illi feſto praefigi debere, ſi percurramus ſingularum nationum ſolemnia ac diuerſa apud eas dierum ſacrorum initia. Nec alia forte ratio noui anni Calendis Ianuarii celebrati. Legibus *Sueonum Gothorumque* antiquis eccleſiaſticis a CLAVDIO OERNHIELMIO latinitate donatis (28), perinde ac Calendario, ſeu me-

(23) Capitul. LXI.

(24) Cap. XVIII. Edita autem ſunt haec capitula a LVDOVICO CELLATIO in appendice concilii *Duziacenſis*.

(25) p. 136. lege ſis de hoc volumine LAZII, Bibl. mediae & infim. Latinit. FABRICII Lib. III. p. 949. eiusdemque praefat. ad Bibl. Graecae volumen ſextum.

(26) Seculi octaui illud tantum inſpice Kalendarium, a JOANNE FRONTONE, Academiae *Pariſienſis* Cancellario & Canonico Regulari S. GENOVEFAE editum, a JOH. ALBERT. FABRICIO recuſum a. 1720, antiquius omnibus iis, quae PAMELIVS atque MENARDVS viderunt. Vterque enim Sacramentarium GREGORII M. foras ire juſſit, in quo eſt Kalendarium Eccleſiae *Romanae*, multis auctum, ſed haud prorſus omnino purum.

(27) Lege ſis CHRISTIANI AVGVSTI SALIG Lib. ſingular. de diptychis veterum p. 250 ſeq. & inprimis p. 260 ſeq.

(28) Append. ad librum tertium Hiſtor. Sueonum eccleſiaſticae p. 338 ſeqq.

Digitized by Google

menologio poetico ab HICKESIO publicato, legibus item ecclesiasticis ALVREDI M. *Anglorum* Regis, & decretis Synodi generalis *Aenhamensis* a. MIX de festo circumcisionis & die Mensis Januarii primo, anni initiali, nihil quidquam insertum (29). Secus deinceps & non ita multo post factum. Enimuero in circumcisionis vigilia nouum annum inchoatum aetate CANVTI M. *Daniae* & *Angliae* Regis, ex legibus *castrensibus*, siue *curialibus* colligas merito (30), quas a CANVTO latas censet STEPHANIVS a. MXX, quo in paschali festiuitate apud *Cirenceſter* magnum concilium habuit, vel forte a. MXXVIII, quo *Norvegiam* expulso OLAVO, suam in potestatem redegerat (31). Alii aliter computant, & fortasse ita tantum fuit SVENONIS, AGGONIS filii, interpretis Latini patriae legis WITHERLOGH, temporibus, multo antiquioribus non item, vt nempe circumcisionis vigilia adferret anno initium. De eo sane non constat, immo nusquam definitum, an noui anni auspicia simul denotent festum circumcisionis Domini, Calendis Januarii in *Anglia* adfixum, quando *Oxonienſe* concilium STEPHANVS LANGTONIVS, Archiepiscopus *Cantuarienſis*, a. MCCXXII. WALTERVS de CANTILAPO, Episcopus *Wigornienſis* Synodum *Wigornienſem* a. MCCXL, ac PETRVS QVIVIL Coetus *Christiani* apud *Exonienſes* pontifex a. MCCXXXVII. Synodum *Exonienſem* congregauerunt (*)f. Nec id in diplomatibus elucet, ex quo

(29) Leges *Saxonicas* regum veterum *Angl.* quotquot ecclesiam spectant, Canones item multos conciliorum, suo conciliorum *Angliorum* Tom. I. *Londini* A. 1639 publicato indidit HENRICVS SPELMANNVS, Eques *Anglo-Brit.* ab eruditione & elegantia nusquam non commendatus.

(30) v. Cap. VII. de Ministerii resignatione.

(31) Notis in Cap. IV. de legum conditione & loco.

(*) Anni ratio apud *Anglo-Saxones* diuersa videtur SPELMANNO, (cuius euoluatur Archaeologus in modum Glossarii titul. ANNVS & MONA p. 33 & 417 seq. ex edit. tertia auctiori), ac reuera fuit, nec miror, ipsum anni exordium varie subinde memoratum. Vt vetustiora tempora omittam, ad illud tantum aeuum venio, quo, suspecta religione paganica

Digitized by Google

quo coepit iis adiungi vel ſolus Januar. vel idem dies octauis nati CHRISTI inſignitus, vt certas aeras Calendarum januariarum inchoando anno Conſtituere liceat. Id verum eſt, in Concilio adhuc

incolae & ciues extra cherſoneſum *cimbricam* collocati & Chriſtiani facti aliud obſeruauerunt anni initium, deductum a die 25 Dec. demiſſo in hunc orbem totius hominum generis ſeruatori natalitio. Judicatur hinc facile, cur ab eodem die annus computetur in chartis antiquis, atque in ſcriptis & annalibus FLORENTII WIGORNENSIS, WILLIELMI MALMESBERIENSIS, HENRICI HVNTINGTON, ROG. HOVEDEN, MAT. PARIS, THOM. WALSINGHAM, GERVASII DOROTERNENSIS & aliorum. Id tamen impedire non potuit, quo minus in actis, inſtrumentis ac documentis ad conſeruandam rerum memoriam neceſſariis, dies ab incarnatione domini notaretur ſtilo tanquam *Romanae* cancellariae. An etiam a paſſione? dijudicet, cui lecta mediae aetatis monumenta omnia. Deciſioni 108 Rotae *Romanae*, tradentis, *in Anglia annos ab incarnatione poſt menſem martii numerari*, ſubſcribit COVARRVVIAS, atque hoc ita intelligit, *annum incarnationis apud Anglos incipere a die ipſo Paſchae reſurrectionis, non a vigeſima quinta die Martii, nec inferri tamen exinde poſſe, Anglos numerare annos a Chriſti reſurrectione, ſed procul dubio ab incarnatione, initium vero ſumere ab inſigni die paſchali.* Expoſitio valde longinqua & antea inaudita. Ego totus fallor, aut annum ab incarnatione in deſignandis diplomatum aliorumque publicorum temporibus, (qui calculus *indicio* MABILLONII ac HICKESII ſeculo octauo tritus eſſe caepit, ante venerabilem BEDAM non item), *Anglis* idem eſt, ac a feſto annunciationis dominicae principium eius ducere. Id feſtum primitus CHRISTO, poſtea virgini deiparae conſecratum, & a feriis conceptionis, natiuitatis, immo ab incertis & mobilibus reſurrectionis diebus probe diſtinguendum, incidit in Martium, teſtimonio Kalendariorum priſcorum ac recentiorum huic menſi ac diei XXV proprium, ne quid dicam de conciliorum & ſynodorum ſuffragio. Reſtat, vt Calendas nunc Januarii conſideremus *Anglis* dudum (quando primo & quo auctore incompertum) ſacras & ſolemnes. Videlicet ab iis etiam Chronographos annum inchoaſſe perhibet GERVASIVS DOROBERNENSIS, ſiue *Cantuarienſis* ordinis BENEDICT. monachus quod itidem de typographis, aſtrologis & Calendariorum apud *Anglos* artificibus teſtatur SPELMANNVS l. c. & inde manaſſe exiſtimauerim, quod ea pridem obtinuiſſet conſuetudo, vt homines noui anni auſpicia primo januarii die, feſto circumciſionis celebrarent, atque iccirco Chronica, faſti ac diuerſae chartae calendis Januarii exornarentur, iis negotiis, quae in vita communi, ceu vocant, & prope quotidie peraguntur, haud parum inſeruientibus.

Digitized by Google

adhuc *Florentino* a. MCCCCXXXIX. decretum, vt ipſi etiam *Armeni* feſtum circumciſionis ſaluatoris noſtri prima Januarii debeant ſolenniter celebrare (32). Praeſcripſit illud EVGENIVS IV. exeunte *Nouembri*, vbi *Graeci* cum *Armeniis* menſe iam *Julii* e.a. abierant, cuius dum recordor Papae, indignum pene eſſet ſilere verba notatu digna ACHILLIS PIRMINII GASSARI, ſic ſcribentis (33): *Hocce anno (1440) Eugenius IV. Romanorum Pontifex conſtitutionem inſtante Blondo Foroliuienſe hiſtorico fecit, vt annorum initia non amplius a Calendis Januarii, vt Julius Caeſar olim ordinarat aut a XXV. die Martii, vt dionyſius abbas quingentos circiter annos poſt, ab incarnatione videlicet verbi diuini docuerat, ſed a natalicio Chriſti feſto, cuius memoria XXV. die Decembris ſancte celebratur, inter Chriſtianos in poſterum numerarentur.* Qui hoc enarrat Auctor libere et fideliter contexuit annales ſuos, multa ſingularia continentes, aliis vel omiſſa, vel leuius pertractata. Nec minoris nominis eſt FLAVIVS BLONDVS, arcanisſimarum rerum et actor et ſpectator, Pontifici inprimis EVGENIO IV. addictus. Sed fruſtra idem ille ſubduxerat ratiunculam, quum a. M.D.LXIV. in *Gallia*, regnante CAROLO IX. qui FRANCISCO II. velut proximus aetate frater ſucceſſit, MICHAEL HOSPITALIVS (34), *Lutetiae Pariſiorum*, (verbis vtor THVANI (35) is enim

(32) v. Tom. decimum octauum Concilior. p. 551. ex editione repetita venet. curante NICOLAO COLETI. Nihilo tamen ſecius JOH. BAPT. THIERS, *Carnotenſis*, & Baccalaureus Theologus *Pariſienſis* doctiſſimus ſuaſit, vt circumciſionis feſtum vel dimitteret penitus, vel in proxime ſequentem dominicam reiiceret *Romana* curia, Cap. 48. comtiſſimi libri de feſtorum dierum imminutione pro defenſione conſtitutionum VRBANI VIII. & *Gallicanae* Eccleſiae Pontificum, *Lugdun.* 1668 excuſ.

(33) Annalib. Augſtburg. inter. ſcriptores Rerum Germanicarum praecipue Saxonicarum J. B. MENCKENII Tom. I. p. 1595.

(34) de BLONDO & HOSPITALIO vid. BAYLE Dict. Hiſtorique critique, vnde ſupplendi & emendandi Lexicographi alii.

(35) v. Lib. XXXVI p. m. 328. Vtcunque autem THUANVS credat, *Gallos* antea ad a. 1564 in actis iuridicis & aliis publicis documentis a paſchali die principium anni duxiſſe, id tamen haud ſatis tutum eſt, excuſſis ma-

Digitized by Google

enim princeps hiſtoricorum recentioris aeui), *condito edicto inter alia grauiter ad litium ambages reſecandas, et iudiciorum ordinem corrigendum conſtituta vltimo edicti capite ſanciret, vt inpoſterum anni initium a Kalendis Ianuariis putaretur, et ita in actis omnibus, archiuis, inſtrumentis, contractibus, conſtitutionibus, edictis diplomatis regiis, ac litteris ſcripturisque omnibus priuatis ſeruaretur*, quod alio edicto poſtea confirmatum eſt, et in BRABANTIA non minus a. M.D.LXXVI. obſeruari cœptum, teſte FRANCISCO HARAEO, cuius extant Annales Ducum *Brabantiae* et vtriusque *Belgii*.

§. 12.

Secure lectorem eo remitto, mihique nunc ſufficiat, poſt alios rerum antiquarum peritos viros de eodem argumento commentatos, diem noui anni primordialem ſingulariter apud *Germanos ſeptentrionales* aliquatenus indagaſſe, quo ordinato ſenſim etiam ſupputationes temporum tot patronos et amicos in *boreo* orbe inuenerunt, vt, Chriſtianiſmo in *Septentrionem* introducto, a multis retro ſeculis publica vetuſta monumenta et ſcriptores, hodienum patriae eximium conciliantes decus, iis quaſi ſuperbiant. Haud ea aliud quidpiam euincit exemplorum copia et abundantia, quam ſupra ſuppeditaui. Quum vero hic non aliqualis tantum notitia proſit, diſtinctius in praeſenti attendendum erit, qua ratione intra illud ſeculorum ſpatium, quo computatio annorum per hyemes obtinuit, ad calculos reuocauerint ſua homines, eccleſiaſtici praeſertim ordinis, qui tunc reipublicae ſacrae ac litterariae ſtatores credebantur. §. 13.

iori ſollicitudine auctoribus aliis. Vult enim CHIFFLETVS diſſert. de S. MARTINI temporum ratione, veteres *Francos* a paſſione Domini, & a tranſitu, ſeu morte S. MARTINI annos numeraſſe, quos ſub altera Regum ſtirpe, a tempore Natalitiorum CHRISTI, ſub tertia a Domini incarnatione h. e ab ipſo incarnationis 25. Martii die, ac labentibus demum ſeculis a Paſchate ſcriptores orditiuntur. Conf. CANGII Gloſſar. voc. ANNVS, vbi charta DROGONIS *Ambianenſis* Domini de VINACOVRT, adſcriptis his characteribus chronologicis: *Fait en l'an de l'incarnation de noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt 1183. & mois de Janvier lendemain du premier jour de l'an.*

Digitized by Google

§. 13.

Consistit haec obseruantia temporum in appositione anni atque diei ad quam accurate percognoscendam, satis est, (nec aliunde melius cognoscitur,) si inspiciamus tantummodo procemium pandectarum iuris *Danico-Jutici*, aeque ac epilogum legum *Seelandicarum* ecclesiasticarum, quae in comitiis ac foro generali solemniter promulgatae, Archiepiscopum ABSOLONEM etiam post fata et obitum loquuntur. Numerat autem, qui codicem nomocanonis *iutici* praefatione instruxit

α. hyemes 2 et 23. designantes annos Regiminis WALDEMARIANI

β. hyemes 100 et 200 et 80. ab aera CHRISTI, incunabula corporis iuris *Cimbrici* denotantes.

Vide sculle, ait, alle ther thenne bogh seer oc vndherstande koning Voldemar sön sancti kanuti sön i ringsted i then time han haffde weret koning i to vinther oc tretiuge vinther fra at wor herre wor födh tha wore ganghen MI vinther oc cc vinther oc lxxx vinther i mars moned ther nest effther lod han scriffue thenne bogh oc gaff then log indhen worthingborgh ther her standher scriffuen upa danske med hans sönners raad ther hos wore koningh Erik hertugh Abel iuncker cristofer oc offa ther tha wor erkebiscop indhen lundh oc biscop niels aff selandh oc biscop ywer aff fyn oc iens biscop aff hedeby oc biscop gunner aff ripe oc biscop peer af aruß biscop gunner af viburgh biscop iens af vendsyssel oc ther til alle beste raad ther i hans rige ware. Quae ita reddidit CANVTVS, Episcopus *viburgensis: Ceterum scire debent vniuersi, quod Voldemarus rex filius Voldemari qui fuit filius sancti Kanuti in XXIV. anno regni sui mense Martii hunc librum condidit et scribi fecit in Castro Worthingborgh presentibus rege Erico duce Abel Christofero archiepiscopo Vffone Lundensi episcopo et Nicolao roskildensi episcopo Iwaro Ottoniensi episcopo Petro Arusiensi episcopo Gunnero Ripensi episcopo Gunnero Vibergensi episcopo Iohanne Burglanensi episcopo Iohanne Slesuigcensi episcopo et cum consilio omnium meliorum de regno dacie.*

Maiori

Digitized by Google

Maiori ac ſingulari induſtria rationes ſuas communire ſtuduit legum *Sialandicarum* eccleſiaſticarum conditor, ſiue eas verbis deſignauerit in ſyſtema redactas: idem ille modo dictus ſupremus in *Scania* ſacerdotii antiſtes, ſiue is SAXONEM *Sialandicum*, clericum ſuum (36), qui ſub illuſtriori deinceps Grammatici cognomine Reipublicae litterariae innotuit, ſiue alium quendam ſubſtituerit, qui leges in literas redigeret et in tam ampla ac notabili clauſula erueret diuerſa tempora. Quo haec itidem computatio eo reddatur clarior, non poſſum non huc apponere textum *Danicum* ex antiquiſſimo in membrana MSS. codice, qui fuit quondam in manibus STEPHANI JOH. STEPHANII, cum interpretatione *Latina*, prout apud WORMIVM legitur (37): Thånne Rât vor ſât a Malſtâffnâ oc Lyusd a Lantzthinga then Othensdag der vor forâ Sanctâ Jacops Thag: Oc a fiurtândâ Vintâr Woldemarß Kungß ſithan han vor en Weldugh Kung oc a trâttânde Wintâr Abſalon Aerkebiſcop en Jamlingâ oc thrâ Vker oc thrâ Daghâ ſithen der Sancte Knuth i Kingſtâthâ wart i Skrin laght. Oc Knuth Konung Waldemar Syn var Krunath til Kung oc vigh oc thre Wintar oc fem Vkur wor thât ſithen Rô wor vunnet til Chriſtendom af Waldemar Kung oc lagh til Syâlantz Biſcopsdom af Waldemar Kung oc aff Alexander Pavâ. Fra then dagh âr Wârâlden wor Skapâth oc tâl thes dags âr then Rât warth ſât, ſex thuſent Winter oc threy hundreth Winther oc ſiuthiug Winther fem Manâthâ minnâ oc ſextan Daghe. Sithen Gud wor Fôd wor thenne Logh ſât thuſend oc hundrât Wintâr och ſiuthiug och ſiu Manet, oc tolff Daghâ. *Leges hæ latæ ſunt in comitiis, & in foro generali publicatae die Mercurii ante feſtum D. Jacobi, decima quarta hyeme coronati Regis Woldemari, decima tertia hyeme Archiepiſcopi Abſolonis: anno uno, tribus ſeptimanis, tribusque diebus*

(36) De quo vide ſis SPERLINGIVM in notis ad teſtamentum ABSOLONIS p. 126. ſeq.

(37) Regum *Daniae* ſerie dupl. & limitum inter *Daniam* & *Sueciam* deſcriptione p. 23. ſeq.

Digitized by Google

diebus ex quo reliquiae ſancti Canuti Ringſtadii aræ impoſitae & Canutus Regis Woldemari filius in Regem coronatus et electus. Tres hyemes et quinque hebdomades elapſae erant, ex quo Rugia deuicta et ad fidem Chriſtianam conuerſa a Rege Woldemaro et Alexandro Papa. A condito mundo in hunc usque diem, quo leges latae ſunt, numerantur ſex mille hyemes, ter centum hyemes, ſeptuaginta hyemes minus quinque menſes et ſedecim dies. A nato Chriſto ad latas leges haſce, ſunt mille et centum hyemes et ſeptuaginta, ſeptem menſes, duodecim dies.

§. 14.

Tantum operae ac ſtudii in conſtituendis ac quaſi comparandis inuicem variarum epocharum annis poſuerunt litterati homines in *ſeptentrione*, vbi annorum per hyemes computandi modus viguit, in quibus numeris ad χρονικὴν ἀπόδειξιν et probationes hiſtoricas exigendis vtinam nihil eſſet deſiderandum & emendandum. Sed optime ſibi conſulunt, qui non incaute verſantur in his chronologicis quae fallunt non raro & caueri maxime volo ſi quem forte inpoſterum me non inuito ad iſta diligentius inquirenda voluntas induxerit. Haec vt paulo propius tangam, caue, obſecro, candide & erudite lector, ne vel ipſe prologus legum *Juticarum* fucum faciat. Meditabar ego in vſum praelectionum Academicarum hiſtoriam juris patrii (*), & in ea originem atque fata Nomocanonis *Cimbrici* expendere animus erat, vbi confeſtim in definiendo tempore, corpori juris *Jutici* natali, inueniebam diſſentientes (**), atque numeri ſub finem prooemii oculos cum-

(*) Facie hujus deſideratiſſimi operis, vtcumque in difficili & paucis tentato argumento ceſſerit, depicta, prodiit: Abriß eines *Collegii* über die *Hiſtoriam juris patrii*, oder Rechts-Geſchichte beyder Herzogthümer Schleswig Holſtein, Königl. und Fürſtl. Antheils. *Kil.* 1742.

(**) Dum hoc ſcribo & praeſens ſub prelo ſudat diſputatio, affertur cara mi i ſupellex, monumentorum ineditorum rerum *Germanicarum* praecipue *Cimbricarum & Megapolenſium* Tomus tertius, quo magnam ad ſum-

Digitized by Google

cumprimis morabantur meos, cum manifesto non tantum temporis atque otioli damno, sed & ipsius iactura veritatis. Falsius enim nihil esse hoc calculo, vel ex eo colligebam statim, quod aliter Auctor procemii, aliter interpres *Latinus* numerat, vterque autem de vera aetate legum *Cimbricarum* haec et talia, quasi dedita opera, adnotat, quae a traditis scriptorum historicorum diuersissima videbantur. Atque id quidem causae fuit, cur ego super hac computatione cum illustri IOANNE GRAMMIO, sacr. Reg. Majest. Daniae & Norvegiae a Consiliis Iustitiae, tabulisque publicis & Bibliotheca, Graecae insuper linguae professore publico ordinario in Academia *Hafniensi*, reconditae ac summae eruditionis viro, per literas collocutus, sic me candide aperuerim: *Circumspicienti mihi, vt fas est, quo sigillatim anno leges illae, vulgo Juticae dictae, sint promulgatae, quas tulit & Vordingburgi solemniter foras ire jussit Rex Waldemarus II. nil nisi imagines dissensionum ac variarum opinionum ante oculos versantur. De prologo Nomocanonis primum, pace tua, dicam, cujus computatio, me judice, nullius prorsus aestimanda. Pro anno is militat, si recte calculum pono, octogesimo supra millesimum ducentesimum, quum Waldemarus II. ante annos XXXV. (alii XXII. vel XXXII. substituunt) ad Regiam dignitatem evectus esset. Nec dubito, quin nitantur eiusdem prologi fide Blasius*

mum partum decus & immortalem gloriam nominis accessionem sibi peperit nuperrime perillustris Dominus ERNESTVS JOACHIMVS de WESTPHALEN, ac reperio, non modo excellentissimum virum diligenter adnotasse, vbi vel fluctuant, vel dissentiunt docti homines, aetatem codicis juris *jutici* exquirentes, (vid. amplissima, originibus potissimum ac fontibus jurium *Cimbricorum* inuestigandis consecrata praefat. p. 82) sed & Joachimum BLATINGIVM, inclutum quondam causarum negotiorumque forensium in supremo tribunali *Gottorpiensi* patronum, obseruat. 1. (quae legitur inter tot alia cimelia p. 2166. Von wem, wann, woraus das Jütische Low- oder Recht-Buch ist gestifftet vnd gemacht, vnd von dessen *Praecellentia*) prologum istarum legum ad causam citasse, ita tamen, vt sententiam HVITFELDI suam fecerit rectissime.

Digitized by Google

ſius Eckenbergerus, & alii, quotquot itidem octogeſimum annum adſignant, neutiquam reputantes ſecum, eo tempore dudum Waldemarum diem obiiſſe ſupremum; anno iam MCCXLI. oculis mortalium ereptum. Aliam viam ingreſſus eſt Canutus, Epiſcopus olim Viburgenſis, inter claros interpretes legum Cimbricarum imprimis referendus. Haud quaquam ille exſertis verbis aeram Chriſti vulgarem, ſed epocham tantummodo Regiminis Waldemariani conſtituit, numerans annum nonum et vigeſimum, vnde ſupputatur annus Chriſti trigeſimus primus poſt milleſimum ducenteſimum, quandoquidem Imperium Waldemari qnadraginta annos in vniverſum efficit, ab anno vimirum Seruatori natali 1202 ad 1242. Ac poſſet vtique, ſi ſatis perſpicio, haec numerandi ratio recte ſe habere, niſi veritati hiſtoricae manifeſto aduerſari videretur, et obſtare ipſis ſcriptoribus domeſticis, quos inter eſt auctor anonymus Chron. Dan. & praecipue Sialandiae, pro ſeculi captu optimus, adfirmans, anno MCCXL. Regem Waldemarum in Caſtro Orthingeburgh legem Danicam promulgaſſe. Iſtius etiam ſententiae eſt Huitfeldus, qui non parum multa ex ſcriniis incerti huius monachi tanquam primis fontibus hauſit, & maiorem iccirco fidem meretur, quam Meſſenius Tom. II. chronol. Scond. conuentus Vordenburgenſis, atque codicis Cimbrici origines anno MCCXXXIX. vindicans. Ego interea intricatae huius cauſae arbitrum me profiteri nolo, quum neque omnia & ſingula, quae narrat hiſtoricus ſacri ordinis modo laudatus, accurate tradita deprehendantur, neque facile ſit iudicatu, vtrum prologus Nomocanonis iutici, vel ab incuria, & non ſatis docta manu ſcribae, vel a prelo forte quidquam vitii contraxerit. Quapropter permitte, quaeſo, vir illuſtris, vt a Te prae aliis expectem illius rei declarationem, quem non ſolum iudicium ſingulare, atque immenſa lectio, ſed & parata ſubſidia doctiorem faciunt, vtinam quoque in definiendo anno Corpori iuris Cimbrici Natali, me ſaltim audentiorem.

§. 15.

Digitized by Google

§. 15.

Haec ſcripſeram, mediocritatis ingenii mei penuriaeque adminiculorum maximus omnium mihi ipſe teſtis, vt aliunde id ſcirem, quod per me ſcire nequibam, & offenderem, qui, collatis inter ſe codicibus & membranis probatiſſimis, vindicem velut in re deſperata ageret, atque occaſionem exactiori praeberet diſquiſitioni. Faſtum enim ſapit et arrogantiam, nihil niſi id ignorare velle, quod omnes neſciunt, et alienae opis indigere malle, quam ſibimet ipſi interdum diffidere. Probe hoc penſitauit illuſtris GRAMMIVS, et en! Fragmentum eruditiſſimae epiſtolae, quod illius comitati ac ſtudio in hiſtoriam patriam, dicam an? ſubacto limatoque iudicio, vnice debeo. Quaeris, (ita mihi reſcripſit d. XXV. Aug. anni 1742.) Vir praeſtantiſſime, de anno quo *Valdemarus II.* ſuum Juticarum Legum codicem confecit & promulgauit. Hunc Prologus ſtatuit, quemadmodum primae, typorum beneficio evulgatae, editiones exhibent, fuiſſe octogeſimum ſupra milleſimum ducenteſimum. Statuit quoque, editiones illas ſecutus, *Blaſius Eckenbergerus*, tum in dedicatione, quam priori verſionis ſuae editioni praemiſit, tum in Catalogo, quem in fronte *Repertorii* collocavit: auctorque fuit novo noſtrae aetatis editori *Emanueli Woelffelio*, eundem numerum exprimendi. Verum *Kanutus* Epiſcopus *Vibergenſis*, Codicis promulgationem adſcribens anno imperii *Valdemari* nono & vigeſimo, indicare videtur annum *Chriſti* 1231. quem quidem calculum ferri quodammodo poſſe arbitraris, niſi teſtimonium obſtaret, non tam *Huitfeldii* eumque exſcribentium, quam veteris *Chronici Sialandiae*: per quod ſcilicet ad annum 1240. remittimur; quamvis *Meſſenius* rei ſub anno 1239. meminerit. Atque has quidem diſſenſiones dijudicandi haud quisquam rectiorem modum ſuppeditabit, quam qui Tibi ipſi, Vir eruditiſſime, in mentem venit: videlicet errores, qui in Prologi appendice atque in *Kanuti* interpretatione cernuntur, vel ex ſcribarum incuria, vel inſcitia typographorum profluxiſſe. Nihil utique hoc judicio Tuo rectius. Pravi enim corruptique codices, in typographos incidentes, vel in librarios nulla hiſtoriae cognitione imbutos, non poſſunt non errores parere, eosdemque etiam adauctos, ad plures aetates propagare. Noſti duas extare editiones *Expoſitionum*, ut vocantur, *Kanuti*, unam *Ripis* excuſam opera *Matthaei Brandis*, anno 1504. alteram ex hac ipſa, ut videtur, expreſſam, *Hafniae* per *Gotfridum* de *Ghemen* anno 1508. His uſus *Eckenbergerus*, aut ſaltem poſteriori, (uti ex *Repertorio* apparet,) ſecure ad eundem lapidem offendit, exemplum-

Digitized by Google

que haud leve prodidit ἀνεξορησίαν ſuæ. Typographi vero noſtri plane expertes culpæ, nec poſſunt, quantum ego inveſtigando comperi, negligentiæ inſimulari in iſto, quod nunc quæritur. Nihil enim certius, quam inſerviiſſe eis exempla MSS. eisdem utrobique mendis turpata. Poſſumque tibi aſſeverare, ſupereſſe etiamnum apud nos codicem Legum *Juticarum*, cum verſione *Kanuti* Epiſcopi latina, adſcriptisque ad oras paginarum ejus gloſſis, in quo iidem ipſi errores conſpiciuntur, quos impreſſæ editiones exhibent. Eſt vero codex in membrana perquam luculenter ſcriptus, haud diu poſt mortem auctoris, quod hæc clauſula ejus indicat: *Expliciunt quædam breves Expoſitiones legum, & Jurium concordantiæ, & allegationes circa leges Jutiæ, per reverendum in Chriſto Patrem ac Dominum, Dominum Kanutum Epiſcopum Vibergenſem, & venerabilem utriusque Juris Doctorem, ſuper Jutorum Legiſterium, ſub anno Domini milleſimo, quadringenteſimo octogeſimo octavo, feria ſexta ante Dominicam Eſto michi*, ita ut vix dubitem, plures ei ſimiles extitiſſe, eo tempore cum typographi editiones ſuas ſuſciperent. Quod tamen unice intellectum de exemplaribus volo, quæ *Kanuti* Epiſcopi verſionem atque gloſſas comprehendebant. Fateor, haud omnino inde ſequi, neque certo ex iis, quæ jam protuli, colligi ac demonſtrari, tantam *Kanuto* ipſi hiſtoriæ patriæ imperitiam imputandam: quamvis neque probabilitati repugnet, Antiſtitem *Vibergenſem* noſtrum, majore juris & legum quam hiſtoricæ rei copia ſuccinctum, haud admodum ad chronologica iſta attendiſſe. Quin & fieri poteſt, ut in illo, qui laborem *Kanuti* primus deſcripſit, tota utriusque errati culpa hæreat. Et quis neſcit, unius ſæpe librarii oſcitantiam ſufficere ad ejusmodi errores in magnum exemplorum numerum diſpergendos? Ponamus enim indoctum & oſcitantem ſcribam, cui traditus ad deſcribendum fuerit codex, in quo recte quidem legeretur, *ni ok tretinghe Winter*, ac deinde *M. Winter ok CC. ok XXXX.* ita tamen ut *ni* illud, atque primum *X.* in quadraginta, obſcuriora eſſent, atramenti aut alio vitio, nec clare ſatis diſtinguerentur, (ex. gr. iii & ıxxx.) citra hæſitationem exaraſſe *tu & LXXX.* ac tandem in *Kanuti* latino textu ex numero *XXXIX.* unum *X.* omiſiſſe; quid, quæſo, ſequentes, qui exemplari uterentur, impediret, quo minus eadem omnia errata tranſcriberent, præſertim ſi liber cetera eleganter pictus in magni alicujus viri poſſeſſionem tranſiiſſet? Verum quod ad ceteros ſpectat codices, nudum textum *Danicum* continentes, quales non adeo paucos memini me evolviſſe, quanquam ſatis etiam mendoſos nonnullos in his ipſis numeris, tam ærae *Chriſtianæ*, quam regni *Valdemariani*, deprehendi, nullus tamen mihi ſe obtulit, qui cum *Kanutianis* illis conſpiraret. Vidi equidem, in quo ſcriptum: *thre Wintir ok thretywghæ* (quod æque vitioſum, & ex IIJ, quod librarius pro iij. cepit, expreſſum,) ſed proxime ibidem ſequebatur: *thuſend Wintir ok tu hundreth Wintir ok firætywghæ Wintir, i May-Maneth*, ubi annus *Chriſti* recte quidem ſe habet, menſis vero *Majus* perperam irrepſit pro *Martio*. Vidi quoque haud unum, ubi *XXXII.* anni *Valdemari* cum eodem anno *Chriſti* M. CC. XL. conjungerentur: qualiter

etiam

Digitized by Google

etiam offendi in Explicatione quadam Codicis *Jutici* MSti. quam lingva *Germanica* (dialecti Miſnicæ) ante annos circiter octoginta ſcriptam, ipſe poſſideo; nec non in alia ampliore planeque diverſa, in Biblioth. Regia quæ aſſervatur. At perſuaſum Tibi habeas, Vir doctiſſime, potiorem eſſe numerum exemplarium, quæ verba illa uno & conſtanti modo, & quidem hoc, repræſentant: *then time hun haffde warit Konung ni Winter ok tretiughe* &c. ac deinceps: *twſende Winter ok tw hundrede ok fyretiughe Winter i Martz Maneth.* ita ut hæc demum ſincera agnoſcenda ſit lectio. Et quid mirum, exemplaria quædam in appendice illa Prologi vitium contraxiſſe, cum etiam in ipſis legibus gravia ſæpenumero errata animadvertantur, deſcribentium, ut ſolet, culpa? quemadmodum & diſerte monet præfatio, ſub Regis *Chriſtiani* IV. nomine editioni anni 1590. præfixa. Atque in iſta editione, omnium, quæ poſtea inſecutæ ſunt, norma, (nam illa, de qua loquitur *Joh. Mollerus Hag. P. 1. pag. 263.* quæ prodierit anno 1580. nulla eſt, neque unquam extitit,) aliquam obſervabis in prologo correctionem annor. Regni *Valdemari*. Nam ubi meliores, ut dicebam, codices MSS. habent *ni Wintere ok tretiuge*, haec ita: *Den tid hand hafde veris Konning i otte og tredive Aar.* quanquam ne ſic quidem ſatis accurate, cum ſcribendum potius fuiſſet *Syf og Tredive;* ſiquidem *Canutus*, quem VI. vulgo numerant, vivere deſiit anno 1202. 3. id. Decembr. adeoque menſe Martio anni 1240. non poterat *Valdemarus* impleviſſe annum imperii 38. Neque dubito, auctorem emendationis dicere *Nicolaum Kaaſium*, magnum eo tempore Cancellarium, hiſtoriarum ſtudioſiſſimum, cujus, ut præcipui ἐργοδιώκτου, ſub oculis fuit editio illa adornata. Nimirum credidit is licere hoc ſibi in appendicem, utpote haud ejusdem auctoritatis, nec plane coævam ipſi Prologo. Et tamen ſatis ea magnam ætatem habet, ſiquidem in nullis hodie exemplaribus, etiam antiquiſſimis, deſideratur. Ipſum autem Prologum a manu eſſe alicujus Epiſcoporum, qui in epilogo ſ. appendice enumerantur, ſemper credidi; forſitan a *Gunneri* iſtius *Viburgenſis*, prudentia & doctrina ceteros antecellentis, & cujus *conſilio pro majore parte Rex ipſe* in condendis legibus *obedivit*, quemadmodum legitur in ejusdem vita, in veteri libro, *Exordio Chorœ inſulæ* inſcripto, nobis conſervata. Sed mittamus ea, haud pertinentia ad quæſtionem noſtram. Hoc omittere non poſſum, *Gottfridum* de *Ghemen*, cum edendum ſuſciperet codicem *Legum Sælandicarum*, præpoſuiſſe ei eandem præfationem, quam Leges noſtræ habent *Juticæ*, atque ibi, quod memoratu dignum, annos tum *Waldemari II.* tum ſalutis humanæ congruenter codicibus *Jutticis* optimæ notæ expreſſiſſe, videl. illinc *IX. Vinter oc XXX.* hinc vero *M. Vinter oc II. C. oc XL. i Mars-Maned.* Taxatur quidem eo nomine à Cancell. *Hvitfeldio* in Dedicatione *Chron. Regis Chriſt. I.* Sed excuſant hic itidem typographum exempla MSS. Legum *Sælandicarum*, maxime recentiora, in quorum plerisque prologus, (quamvis ineptiſſime, cum ſoli ille Nomocanoni *Jutico* ſit proprius,) conſpicitur collocatus. Vidi tamen, qui & eo deſtituerentur. Hinc factum, ut utriusque

Juris, tam *Selandici*, quam *Jutici*, conditor fuerit creditus *Valdemarus II.* noſtratium permultis, donec illorum opinionem laudatus *Huitfeldius* in *Præfat.* ad *Andreæ Sunonis* verſionem *Scanicar. Legum* optimis rationibus refelleret. Vnum tamen hic monendum: Vindicavit quidem Vir illuſtris eam laudem *Valdemaro I.* nempe quod *Scanicas*, ac deinde etiam *Selandicas* Leges tulerit: de quo & confer. ejus *hiſtor. Valdemari I.* Utrumque rectiſſime. Sed quod certos eis annos, quibus latæ fuerint, apponat, neſcio profecto quibus auctoritatibus tueatur. Ac de *Selandicis* propemodum clarum, nullam rationem aliam adfuiſſe, quam quia *Juri Eccleſiaſtico*, quod eis ſubjungi ſolet, annus adſcriptus eſt 1171. qui pariter ſeduxit Olaum Wormium in *notis ad Seriem alteram Regum Dan. pag. 23. ſeq.* Ceterum quamvis indubium ſit, fuiſſe *Legum Selandicarum* corpus aliquod a *Valdemaro I.* concinnatum; Minime tamen id cenſendum, quod hodie habemus ſive in MSS. exemplis, ſive in editione Haſnienſi anni 1505. Periiſſe illud olim, neque ulla inveſtigatione potuiſſe reperiri, conqueſti jampridem ſunt noſtrates: & qui hodie habetur *Codex Selandicus*, ipſi *Huitfeldio* a veteri diverſus neque idem eſſe agnoſcitur, quippe quem Regi *Erico Menvedo*, quem VII. vulgo numerant, adſcribit, ex vero. Vid. *Chron. Huitf. Tom. 1. edit. in fol. pag. 285.* adeoque vel ſic alieno loco Prologus in eo noſter conſpicitur. Neque minus exulare eundem oportebat a Legibus *Scanicis*, ut videre eſt ex *Andreæ Sunonis* verſione. Sed & hic recentiores membranas ſecutus typographus noſter, iteravit editionem ejus, omiſſa tamen appendice, Regis & Epiſcoporum nomina atque annos illos continente.

Ceterum, quod ad *Huitfeldium* attinet, puto non eſſe Tibi inobſervatum, in præfatione ejus jam laudata ad Leges *Andreæ Sunonis* diſerte ſcriptum extare excuſumque, *Valdemarum II. Cimbricas Leges protuliſſe in Comitiis Vordingborgenſibus anno 1232.* Quod quamvis auctor poſtea in calce libri inter errata retulerit, juſſeritque reſtitui 1240. certum tamen, nihil ibi fuiſſe a typographo peccatum, ſed ab auctore ipſo, decepto, ut videtur, a verſione *Kanutiana*, aut a corruptis exemplaribus, in quibus annus *Valdemari* fuerit ſcriptus XXX. Et conjicio, antequam in lucem exiret opus, meſtora edoctum a *Nicolao Kaaſio*, quocum vixit familiariſſime, in erratorum claſſe collocaſſe. Poſtea vero idem *Huitfeldius*, cum ad hiſtoriæ noſtræ ſcriptionem ſe contuliſſet, re maturius conſiderata, & collata cum majore Codicum Legum *Juticarum* numero etiam Annalium fide, anno 1230. firmiter adhæſit: quemadmodum & poſt eum fecerunt noſtratium plerique omnes, inque eis haud ultimo loco habendus *Petrus Reſenius* in præfat. *Germanicæ* verſionis, confectæ olim ab *Erico Krabbio*, regni *Dan.* ſub *Chriſtiano III.* Senatore.

Pæne omiſeram allegare argumentum pro anno 1240. Tibi propemodum, Vir præſtantiſſime, domeſticum. Videmus inter Epiſcopos, qui promulgationi Legum adfuerunt, *Joannem* nominari *Hethebyenſem*. At, niſi *Cypræus* falſus ſit, ne infulam quidem *Joannes* iſte obtiuuerat ante annum 1240. quo ipſo, ſicut idem auctor notat, fuit ab Archiepiſcopo *Lundenſi* conſecratus, moxque in Comitiis *Vardingburgicis* Legum ſanctioni adſtitit. Verum

quod

Digitized by Google

quod *Cyprens* Præſulem illum *Lundenſem* appellat *Chriſtophorum*, cave peccatum exiſtimes tam grave, quam nonnulli opinantur. Vocabatur *Danice* nomine proprio *Offe* (ſicut & in prologo noſtro ſcribitur,) quod licet non negaverim recte *Uffonem* in latinis *Kanutianis* reddi, aut, ut *Magnus Matthiæ* in *Chron. Epiſcopor. Lundenſium* habet, *Offonem*, tamen non deſunt exempla aliorum, qui idem gerentes nomen, (*Offer* appellati, quales unum alterumque in patria mea cognovi,) in latina ſcriptione *Chriſtophori* illud adamarunt, putantes nimirum *Offer* decurtatum eſſe per aphæreſin ex *Chriſtopher*. Vbi in memoriam incidit doctum ſcilicet! acumen monachi, auctoris *Genealogiæ Regum Daniæ*, quam *Stephanius* olim *Suenoni Aggonis* ſubnexuit. Is in nullius adeo Regis laudes, quam *Chriſtophori* I. *Valdemari* II. filii, profuſus, inter alia elogia hoc adfert: *Re & nomine Chriſtoforus, ad nomini ſui jugiter attendens etymologium.* CHRIST-OFFER *enim* CHRISTI OBLATIO *interpretatur*. Quid? quod pro *Cyprio* ſtat *Hvitfeldius* in *Chronico Epiſcoporum*, de *Offone* Archiep. ſic locutus: *Offe eller Vffo, ſua meget ſagt ſom Chriſtoffer.*

Denique, priusquam has litteras finiam, non queo præterire illud, quod in Tuis, Vir amiciſſime, dicis, *Valdemari* II. imperium quadraginta annos in univerſum efficere, ab anno nempe 1202. ad 1242. Et in eo quidem non ſum neſcius Te graviſſimos habere auctores, quibus ſententiam illam propugnatum eas, *Hvitfeldium*, ac eo antiquiores *Hermannum Cornerum* & *Albertum Krantzium*; quos ſolos utique ex eis, qui laudati Regis obitum ad annum 1242. referunt, nominare fas eſt; ceteri enim univerſi ex illis pendent. Neque ignoro, *Cornerum* pro more ſuo *Chronicam Danorum* etiam hoc loco citare. At vellem, antequam iſtis fidem tuam de anno 1442. addiceres, argumenta expenderes a doctiſſimo *Pontano* allata *pag. 322.* pro anno antecedente 1241. Tanti enim ponderis ea mihi videntur eſſe, ut *Corneri*, *Krantziique* auctoritates facile deprimant ac elidant. Vnum tamen omiſit optimus *Pontanus*, vel oblitus eſt addere, a die emortuali Regis deductum, quæ dies apud plerosque auctores eſt *quinta Calend. April.* eademque *Cœnæ Domini* conſecrata, ita enim non ſolum *Albertus Stadenſis*: *Anno Dn. 1241. Rex Daniæ Valdemarus obiit in Cœna Domini, ſcilicet V. kalend. Aprilis:* nec non *Albericus* Monachus Trium Fontium ſub an. 1241. *In Cœna Domini Rex Daciæ Valdemarus deceſſit, qui regnavit anno uno minus de quadraginta;* ſed &, cum auctore *Chronologiæ*, in *Monumentis hiſtor. Vett.* a. D. *Erico Benzelio* collectis, *pag. 86.* ipſe *Hvitfeldius*, Pariter enim hi dicunt, etiamſi annum 1242. nominantes, Regem e vita emigraſſe *V. Cal. April. in Cœna Domini*, (vernacule, *en Skiær-Torsdag.*) Jam vero Paſcha anni 1241. incidit in XXXI. diem Martii; ergo & *Cœna Domini* in *V Calendarum Aprilis:* quo nihil planius. At ſequenti anno 1242. Paſcha habemus die XX. April. diemque adeo Cœnæ Dom. minime eum, quem dixerunt, ſed *XV. Cal. Maji.* Ex quibus liquido conſtare puto, quid de *Hvitfeldii*, & paucorum quos conſentientes is habet, calculo judicandum. Paucorum, inquam, ex vetuſtate; nam recentes quosdam exſcriptores, ad teſtandum minus idoneos, quid moremur? Cum ab altera parte neque deſint auctores, haud parum præferendi, *Stadenſis*,

Digitized by Google

Stadenſis, & *Albericus*, quos nominavi, auctor Chronici *Sialandici*, Hiſtoria vulgo *Erico* Regi *Pomer.* adſcripta, tres Annaliſtæ in Dn. de *Ludewig Reliquiarum Tomo IX.* unus in *Sylloge Monumentor. Benzelii pag. 16.* &c. omnes deceſſum *Valdemari II.* in anno 1241. collocantes.

§. 16.

Haud dubitaui in lucem nunc producere iſta, e tam doctis litteris excerpta, ne ſolus haec in ſcriniis reconderem, aut mihi quidquam aſtute vindicarem, pudendo furto ablatum. Immo nactus occaſionem ſatis commodam declarandi celeberrimo GRAMMIO animum gratiſſimum, imperare mihi non potui, quin in haec verba erumperem: *Vicit generoſa humanitas tua omnem deſiderii mei verecundiam, ac dubius animi haereo, quid in tam prolixa et vere aurea epiſtola prius atque carius aeſtimare debeam. - - - - Enimuero credidi nunquam e meis ſpinis amoenitates ejusmodi naſci potuiſſe ac flores, ingenio tuo et tam varia doctrina cummaxime dignos. Agnoſces hinc facile, vel me tacente, quantum Tibi debeam, vir excellentiſſime, ſiquidem haud melior mihi, ad calculos ſedenti, optandus fuit interpres, quam a Muſis ipſis in ſeptentrione educatus, qui tot membranas, volumina, codices, tot eruditas chartas et paginas pervolutauit, hiſtoriae omnis, linguarum et antiquitatis, ſive ſacrae, ſive politicae ſcientiſſimus.*

§. 17.

Breuitatis ergo plura omitto et ad epilogum legum *Selandicarum* redeo, in eo nunc praecipuum ſtudium collocaturus, vt dignoſci queat, an et quomodo aera quaeuis cum hiſtoria concilianda et cum Chronologia apte congruat. Per ordinem autem ac ſeriem epocharum ſingularum prodeat ſeparatim:

Epocha coronati Regis WALDEMARI cadens in annum 1157 ſi nempe decimam quartam hyemem numeremus a nato Chriſto ad latas leges hasce, quae quidem computatio baſis eſt ac fundamentum calculi in toto epilogo. Nec dubium, quin haec tem-

Digitized by Google

temporis notatio ad ueram rationem apprime quadret, tametsi haud ad vnam normam omnes direxerint supputationes annorum, qui insignes mutationum characterismos repraesentauerunt, ortis olim inter tres Reges disidiis horrendis, donec vnus WALDEMARVS, adiuuantibus fatis, ad supremum in *Dania* fastigium adscendit, nonnulli vero chronologiam penitus neglexerint, quae res occasionem dedit multis lubricis conjecturis et erroribus. Enimuero vetustissimus presbyter *Bosouiensis* apud lacum *Plönensem* HELMOLDVS, itemque SAXO Grammaticus, non semper mendax et fabulosus, qui sub tribus Regibus inquinatum illud et diuisum *Danicum* nobis exhibuerunt Regnum, nullis sua enarrata notis chronicis distinxerunt. Plagiarius autem CORNERVS, ordinis praedicatorum monachus, contra omnem historiae fidem in annum 1160 rejecit, quidquid ex HELMOLDO sine delectu atque judicio exscripserat (a). Si verum est, Regem WALDEMARVM I. post stragem SVENONIS *Gratenhedii*, quinque lustris et duobus annis *Danicum* gubernasse imperium, ceu SVENO, AGGONIS filius tradidit (b), recte omnino ERICVS OLAVS tempus, ex quo *Dania* in vnius Regis dominationem cessit, aba. 1155 deduxit, et Regimini WALDEMARIANO 27 annos assignauit (c), dubito tamen an auctor tabulae in choro Ecclesiae *Ringstadiensis* (d), eodem modo & prout scriptor aeui vetustioris ex codice membranaceo ab illustri Cancellario Jo. PETR. de LVDEWIG editus (e)

(a) v. Tom. II. scriptorum Brunsuicensium LEIBNITII p. 609. & Tom. II. corporis historici medii aeui ab ECCARDO edit. p. 713. seq.

(b) Cap. VIII. Histor. de WALDEMARO I.

(c) Histor. Suecorum Gothorumque Lib. 2. p. 47.

(d) Huc faciunt ea speciatim verba: *Ad pedes istius pretiosi martyris ad orientem sepulchri sui jacet gloriosus filius suus Valdemarus I. ampliator hujus Ecclesiae, qui obiit Wordingborch anno Dni M. C. LXXXII. 4. idus Maji, qui regnauit annis XXVI.* V. Dänisch. Bibliothec drittes Stück p. 46.

Digitized by Google

tus (e), initium Regni WALDEMARIANI ab anno deuicti & occisi Regis SVENONIS itidem ordiantur. Regnauit enim WALDEMARVS, priusquam Monarcham se ferret faceretque, in tres partes regno toto tributo. *Scaniam* tunc accepit cum *Hallandia* ac *Blekingia* SVENO, *Seelandiam*, *Fioniam* & proximas illi insulas CANVTVS, *Jutiam* WALDEMARVS, sicque regio tres nomine gaudentes, aequali maiestate rempublicam quasi in aequilibrio habuerunt. Nec mirum, post tot expostulationes mutuas & offensas reditum in gratiam, religiose decreta praeteritorum obliuione & amicitia inposterum sancita. Miror tantum, paucos illos annos, qui ab hac partitione ac reconciliatione ad Caedem vsque CANVTI & SVENONIS effluxerunt (f), tam varie memoratos. Periodum Regni tripartiti ad a. 1155 auctor incertus Chron. *Dan.* & praecipue *Sialandiae*, ad a. 1156. ERICVS POMERANVS, inter Scriptores *septentrionales* ERROLDI LINDENBROGII, ad a. 1157 impe-

(e) Tom. IX. Reliq. Manuscriptorum omnis aeui diplomatum Lib. I. Vbi ad a. 1158. haec habet anonymus: *interfectus est Canutus Roschildiae, in vigilia sancti Laurentii, & cum constantino, cognatus ejus, & Waldemarus rex vulneratus est, evadens, occultansque se per tempus. Postea in Jutiam perueniit, illuc cum armata manu Suend persequens, aggressusque in bello cum eo victus ab eo, eodem anno in Grothesaea (in Grothenisse) & ibi interfectus est, & Valdemarus totum regnum obtinuit & regnauit XXV. annis cum dimidio.*

(f) Seriem Regum *Daniae* typis MELCHIORIS MARTZAN *Hafniae* A. 1642. in lucem reuocatam, ornare magis, quam examinare voluisse WORMIVM in notis, patet, nec mihi dubium est, quin haec verba p. 16. vt homines sumus, eidem quondam exciderint: *Hic Sueno Gratenhede dictus, quod eo in loco occubuerit, primo tertiam saltem regni partem obtinuit, interemptis demum Regni sociis Canuto Magni filio & VValdemaro Canuti Sleswicensis filio, solus totum regnum occupauit. Hinc est quod praeteritis reliquis solum Suenonem inter Reges locet autor.* Doleo eruditissimum WORMIVM nimium subinde fidem adhibuisse Runicis monumentis atque hinc etiam anonymo illi, qui nuda Regum nomina, seriem ac connubia exhibendo non raro caecutiit, & ERICVM eccl. Emund. pro sancti CANVTI filio *Ringstadii* sepulti, venditat, vt reliqua ejus [illegible] huc lapsus genealogicos taceam.

imperitus annalium fabricator, inter reliquias manuſcriptorum diplomatum Dn. de LVDEWIG reperiundus, & quorſum non? alii retulerunt. Interfectum per inſidias CANVTVM a. 1156 ſiſtunt chronica *Sialandiae*, ERICI POMERANI, atque HVITFELDI, Caeſum SVENONEM *Grathe* a. 1151 THOMAS BRODERVS BIRCHEROD(g), a. 1155 ERICVS OLAVS, quondam eccleſiae *Vpſalenſis* decanus, a. 1157 ſcriptor anonymus Chron. *Sialandiae*, HVITFELD, CYPRAEVS, MEVRSIVS, PONTANVS, HOLBERGIVS, & PONTOPPIDANVS volunt, eiusdemque Regis coemeterii ſiue ſepulcri, ſupereſſe adhuc in paroecia *Thorningenſi* iuxta villam *Gregard* veſtigia, teſtatur M. CHR. ERICIVS, Deſcript. ciuitatis *Viburg.* auctor. Contrarie BANGERTVS peculiari tabula ad rectius intelligendum HELMOLDVM, lib. 1. Chron. *Slauor.* p. 120. inſerta, anno 1156. ALBERTVS *Stadenſis*, monachus *Benedictinus*, deinde *Franciſcani* ordinis magiſter generalis, Chronologiae, iudice REINECCIO, CONRINGIO & LAMBECIO incurioſus, nec non MESSENIVS anno 1157 Chronographus vero apud Dn. de LVDEWIG anno 1158 CANVTVM ac SVENONEM Reges trucidatos ſtatuunt. Ego chronologiam amplector Chron. *Sial.* & vtcunque computent alii, WALDEMAR. I. haud prius inauguratus eſt ac coronam ritu ſolemni inter effuſiſſimas gratulationes, feſtasque acclamationes ſibi imponi curauit(h) quam a. 1157, quo, aemulis ſublatis, totius regni imperium ſibi vni victori poſt praelium in campo ad *Viburgum Gratenhedio* ſtabiliuit & tanquam legitimum confirmauit. Epocha

(g) Specimin. antiquae rei monetariae Danorum p. 77.

(h) In *Iſora* forte *Sialandiae* portu, in annalibus *Danicis* celebratiſſimo, vbi HARALDVS VI. cognomento HEIN appellatus, Regio diademate cinctus. *Nec eſt praetereundum*, ait, SVENO Cap. V. in vita KANVTI M. *quod haec priſca veterum inualuerit conſuetudo, vt ad Regum inaugurationes in Iſore, Danorum Vniuerſa turba confluere; vt eo in loco, aſſentientibus omnium ciuium ſuffragiis regium nomen rerumque ſummam obtinerent.* Conf. STEPHANII not. in h. l. p. 91.

Digitized by Google

Epocha Archiepiſcopi ABSALONIS incidit in annum ſalutis inſtauratae humanae 1177 (i), ſed in hoc epilogo decima tertia hyems ſignat a. 1158 quo epiſcopatum *Roſkildenſem* regendum antiſtes ABSALON ſuſcepit (k). Illud igitur non abs re hic quaeritur, vnde Praeſuli *Roſchildenſi* titulus Archiepiſcopi potuerit tribui, antequam *Lundenſium* ditioni praefideret. Nolo putes, id ipſum factum ſtili curiae vſu & conſuetudine. Nec in ſpem ſuccedendi ABSALON vel ipſe ſibi adſciuit, vel aliunde accepit Archiepiſcopi nomen, aegre atque difficulter obſecutus vocanti *Lundenſi* eccleſiae (l). Debuit ergo titulum tanti faſtigii, ſi de eo mea iam expromenda ſententia, aut inſcio, aut non inuito, aut conniuente VATICANO, gratiae plane extraordinariae Regis WALDEMARI I. glorioſiſſimi, Archiepiſcopo ESCHILLO in *Scania*, iuxta ac reliquis patribus infulatis ſuffragantibus, raro illius tempeſtatis exemplo. Erat quippe ABSALON inter ordinis ſui purpuratos ac Regni proceres proſapia, mitra, pedo, gladio ac mucrone maxime illuſtris, erat fere quotidie inter grauiſſimas regnorum occupationes diſtractiſſimus, ac boni publici amantiſſimus, nihilque in toto imperio adeo momentoſum occurrebat, cui non admotam eius operam WALDEMARVS voluit.

(i) Hoc enim anno Succeſſor declarabatur ABSALON valedicenti ESCHILLO, qui eum *Roſchildenſem* epiſcopum ſibi propinquitate, omnibus autem virtute ac pietate notiſſimum, archiepiſcopum *Lundenſem* nuncupauerat.

(k) Annum quinquageſimum ſeptimum ſupra milleſimum ac centeſimum habent HVITFELDVS, (cuius vid. geiſtliche Hiſtorie offuer alt Dannemarckis Rige). MESSENIVS chronol. Scond. T. II. p. 4. ac SPERLINGIVS in not. ad ABSOLONIS teſtamentum p. 20. Sed Chron. Sialand. p. 28. Chronol. vet. inter. BENTZELII monumenta Hiſtor. vetera Eccleſiae Sueo-Gothicae p. 14. & 82. de anno proxime ſequenti teſtantur. conf. omnino Summe Venerandi PONTOPPIDANI Annales Eccleſ. Dan. diplomat. vbi inter teſtes adhuc ACERVM Roſchildenſem epiſcopum offendes, p. 385.

(l) Legi hic meret PONTANVS Rer. Dan. Hiſtor. Lib. VI. p. 265 ſeq.

Digitized by Google

luit. Quapropter maiori adhuc elogio iure ornandus videbatur tam amabilis & meritiſſimus epiſcopus, quaſi reliquis omnibus maior venerandus, & ampliore ſanctioreque appellatione dignisſimus (m).

Epocha apotheoſis ſancti CANVTI agnoſcit annum ſeptuageſimum ſupra milleſimum centeſimum, ac non tantummodo cum optima anonymi auctoris Chron. *Sialandiae* chronologia, ſed & cum iis exacte conuenit, quae in tabula publica templi, coenobii *Ringſtadienſis* ſic leguntur: *Anno Dni. M. C. XXX. VII. id. Januar.* (n) *Sanctus Canutus Dux Daciae, filius Regis Erici Egothae in*

(m) Eidem ABSALONI eximium quoque ornamentum acceſſit a ſcriptoribus medii aeui, quando SAXONI Grammatico in limine hiſtor. *Dan.* audit: *Danorum maximus pontifex, amore patriae illuſtrandae flagrans.* Lib. XIV. *Patriae columen fortuna fernatum - - - non minus pirata quam pontifex, parui aeſtimans intus religionem tueri, ſi foris eam periclitari pateretur.* SVENONI procemio legum Caſtrenſium ſiue curalium KANVTI magni: *totius regni Danici illuſtris & maximus antiſtes.* ARNOLDO Chron. *Slauor.* Lib. IV. Cap. XVIII: *vir religioſus & magni conſilii ſiue diſcretionis & praecipuae honeſtatis, cuius induſtria omnes eccleſiae totius Daniae prius diſcordantes, vniformes in officiis diuinis factae ſunt.* Nec laudes virtutum, quibus cum admiratione omnium ſuo ſeculo ABSALON inclaruit, ipſi denegauit PETRVS, primo *Cellenſis* in Vrbe *Trecarum*, poſtea *Remenſis* ſancti REMIGII Abbas, & tandem *Carnotenſis*, dum lib. 8. ep. 19. p. 348. ex edit. JACOBI SIRMONDI, *a multis*, inquit, *retro annis, pater cariſſime, de veſtra nobilitate & induſtria plura audiuimus, & quod feruentiſſimo Zelo, quae Dei ſunt, in vobis & in aliis augmentare ſtudeatis.*

(n) Quidam Chronographi aut nimis indiligenter, aut nimis infeliciter ſeſe expediuerunt, necati Regis *Obotritorum* KANVTI tempus inueſtigantes. Caedem quippe *nidingsverk & nidingsvig* in KNYTLINGA ſaga vocatam, referunt HVITFELDVS, MEVRSIVS atque MESSENIVS ad a. 1131, Scriptor rerum *Danicarum* apud Dn. de LVDEWIG ad a. 1132. PONTANVS ad a. 1134. (BANGERTVS de a. 1133 intelligit), & HOYERVS, qui PONTANO album calculum adiecit. Annum tamen recte poſitum vides non tantum in tabula eccleſiae *Ringſtadienſis*, ſed & hoc modo in breuiario *Roſchildenſi*, Par. 1517 edito: *Paſſus eſt igitur vir pius, rectus & innocens, Dux Daciae Canutus, Regis Erici proles, paterque venerabilis VValdemari, ſeptimo idus Januarii, ſequenti die epiphaniae, feria quarta, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo, cui eſt honor & gloria per infinita ſecula.* Nec aliter

Digitized by Google

in Cypro mortui, martyrizatus fuit a MAGNO *filio* NICOLAI *tunc Regis Danorum, in ſylua Haraldſtethae & ſepultus eſt Ringſtadii ante ſummum altare, quod tunc ibi erat in Eccleſia B.* MARIAE *virginis, quam aedificauit Sweno Noricus Epiſcopus Roſchildenſis. Sed anno Dni. M. C. LXX. dictus ſanctus Canutus ad aram eſt translatus VII. Cal. Julii.* BOLLANDVM in actis ſanctorum vltra diem VII. Januarii, quo colitur CANVTVS, non progredi, & annum canoniſationis (ſic degener vocat Latinitas) prorſus neglexiſſe, PAGIVS obſeruauit, eamque ſimul ad annum 1168 retulit (o), PONTANI noſtri indicio, ſecus ac BARONIVS, qui annum 1164 parum cogitate poſuit (p). Nec feuellit ſane PONTANVS (q), dummodo quis annum receptionis in numerum ſanctorum, ab anno illo probe diſcernat, quo filius poſthumus WALDEMARVS pompa tanquam ferali patrem CANVTVM diuis tutelaribus adſcriptum, conuocatis *Ringſtadium* ordinibus Regni, donauit iſta apotheoſi, quod nonniſi a. 1170. d. 25. Jun. factum (r).

Epo-

Chron. *Sialandiae: Paſſus eſt Dux Daciae* Kanutus, *Regis Erici boni filius, VII. idus Januarii, feria IIII.* conf. Chronol. inter monumenta BENTZELII p. 14 & 81. itemque ERICI *Pomerani* Hiſtor. gentis *Danorum* apud *Lindenbrogium* p. 269. Addo & hoc, Octavo poſt commiſſam caedem die filium CANVTI ſancti Vxor INGEBVRGA peperit, teſte *Saxone*, atque ſic dies natalis WALDEMARI I. in diem 15. Januarii menſis, & in annum 1130 incidit, haud ſemper, prout viſum SVANINGIO Proleg. Chronol. *Dan.* p. 32. leuiſſimo tybographi errore, contra mentem & fidem Hiſtoriographi anno 1134 tributus.

(o) Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales BARONII Tom. IV. ad a. 1164. §. XII.

(p) Annal. Eccleſiaſt. ad a. 1164. §. L.

(q) Rer. Dan. Hiſtor. Lib. VI. p. 252.

(r) Quoniam auctor anonymus chronologiae inter monumenta BENTZELII p. 82. annum diplomati adſcriptum, vi cuius manes diui CANVTI annuis celebritatibus venerari permiſit Pontifex *Romanus* ALEXANDER III. ac tempus illud, quo parenti ſacros honores celebrauit WALDEMARVS, in vnum quaſi corpus confundit, inde fluxit, vt ſolemnia conſecrationis *Ringſtadienſia* ad annum 1168 applicauerit. Sed & annus 1171 alio-

Digitized by Google

Epocha CANVTI, Regis coronati & electi, annum itidem denotat septuagesimum supra millesimum & centesimum aerae *Christianae* & reparatae salutis. Erant nimirum in tempore curata omnia, vt vno eodemque anno Rex WALDEMARVS sanctas parentis reliquias suspiceret in ara, ac filium animo laetanti amplecteretur, communibus suffragiis, & solo BVRISIO inuito, destinatum pubescente vix aetate, in cuius humeros Regni *Danici* sceptra olim reponerentur. *Principibus graues periculorum motus*, apposite SAXO Grammaticus (s), *& difficilia rei Danicae tem-*

rum non conuenit translationi CANVTI inaugurati sancti. vid. chronol. vet. l. c. insert, p. 14. ac Scriptor rerum Danicar. inter reliquias MSS. diplomat. de LVDEWIG. p. 20. Quid? quod chronicon ERICI *Pomerani* habet a. 1171 & 1188. Notandus quoque dies septimus Calend. Junii in breuiario *Roschildensi*, atque dies I. mensis Julii apud OERNHIAELM L. IV. 7. 57. Histor. eccles. *Sueonum Gothorumque*. Neutrum enim consistit. Breuiarium *Lundense Lut. Paris.* 1517 impressum, de anno tantum testatur; in libro autem breuiario secundum ordinarium ritum ac consuetudinem ecclesiae & dioecesis *Slesuicensis* ibid. 1512 excuso, nec annus nec dies memoratur.

(s) Lib XIV. sect. quarta p. 312. Quem locum perinde ac SAXONIS verba, qui BVRISIVM etiam introduxit loquentem, SPERLINGIVS expendens Commentar. de summe regio nomine & titulo Konung p. 170. Nunquam ante WALDEMAR. I. dictum tale quid proceres machinatos arbitratur, vt jus aliquod eligendi exinde emergeret: longe prius ante WALDEMARVM I. Regnum *Daniae* haereditarium factum: SAXONEM, clericum hominem, Monarchiae haereditariae infensum, & post hunc non minus CRANZIVM sanxisse, ab ipsis primordiis *Daniae* regnum illud electitium fuisse, quo nihil falsius. Mihi jam non licet vetustissima peruagando secula, exponere, quaenam fuerit primis illis initiis Regni *Danici* forma, nec vacat disputare, vtrumne aliqui, si vel medii vel recentioris aeui historiam justa lance pendamus, ad scopum tetenderint Monarchiae, mutata subinde rerum facie & Regibus inuiso electionis jure? Hoc certum est, prima fundamenta electionis in *Dania* non arcessenda a WALDEMARO I. eiusque filio CANVTO, nec sub iis regnum *Daniae* haereditarium factum. Quamuis enim jam inde a CANVTI M. ne altius assurgam, temporibus, vsque ad domus *Oldenburgicae* successionem, & deinceps, familiae regnatricis rationem cum maxime habuerint proceres, & interdum vel ex prima vel

tempora attendentibus, filio Waldemari Canuto regios honores decernere placuit, qui non ſolum paternae majeſtatis futurus poſſeſſor: ſed etiam praeſens dignitatis ſocius noſceretur, vt haberent proceres ad cujus nomen titulumque decurrerent, ſi quid de Regis capite fortuna variaret. Quorum prudentia Rex ac beneuolentia delectatus, probata ſententia, Regni maieſtatem cum ſanguine ſuo participare, non damnum honoris, ſed claritatis incrementum putauit, primatumque voces ad Regium nomen filio deferendum concionando perduxit. Contigit hoc anno milleſimo centeſimo ſexageſimo & quinto, vel ſaltim biennio ſerius, nempe ſexageſimo ſeptimo, non milleſimo & centeſimo ſeptimoque & ſeptuageſimo, quem annum Hiſtoriae *Danicae* inſcripſit MEVRSIVS, in contextu ERICI *Pomerani* infirmum habens praeſidium (t). Dehinc vero circa feſtum JOHANNIS a. 1170 non a. 1171 vt STEPHANIVS numerat, & multo minus a. 1172 velut in Chronico MSS. eiusdem STEPHANII, extat

ex vltima *Germania* ob ſanguinis cognationem Reges accitos *Danico* ſolio aptauerint, id tamen pependit ab ordinum arbitrio ac conſenſu i. e. ab electione, atque per tot ſecula imperitarunt Reges, circumſcripta poteſtate, nec prius quam a FRIDERICO III. primo Regnorum Herede, initium verae Monarchiae ducitur, nec certius.

(t) ERICVS in hiſtorica narratione de origine gentis *Danorum* ad a. 1177: *Kanutus filius Waldemari primi factus eſt Rex Scaniae & Hallandiae patre inuente & conſentiente.* Quae verba de principatu tantum accipienda ſunt, quem in *Scaniae* atque *Hallandiae* populos geſſit CANVTVS, cui prouiſum iam inde ab incunabulis vt regnare poſſet, quantumuis eius rei nondum ſatis expedita ſit ratio, an nempe parenti viuo vicariam in *Scania & Hallandia* operam praeſtiterit filius, tacentibus ſcriptoribus reliquis, ſi MESSENIVM & alios recentiores excipias. Fuiſſe ſub WALDEMAR. I. rebellionem *Scanenſium* a. 1180 ob regiorum tyrannidem praefectorum, annales memorant, nullibi quantum conſtat, CANVTI Ducis facta mentione, perinde quaſi ſolus WALDEMARVS de hoſte tunc triumphare debuiſſet, ne filio quidem excelſae indolis ac virtutis in ſocietatem pugnae vocato. Quid? quod Regem CANVTVM adhuc recuſabant *Scanienſes* a. 1182 ex accepta quondam clade ad pontem *Diſiam* aſperati & mortuo WALDEMARO I. libertatis ſtudioſiſſimi.

Digitized by Google

tat (u), *Ringſtadii* ſolemnia inaugurationis peragebantur, diademate per manus Epiſcopi ABSALONIS capiti impoſito, reliquis itidem Regni ſymbolis traditis, ac ritu vnctionis pro conſuetudine tamquam veteri adhibito, qui mos hodieque obtinet, ceremoniis ſplendidis ac ſuperſtitioſis ex voluntate & mandato coronati Regis CHRISTIANI III. abrogatis (x). Neque proinde illi CANVTO poſtmodum nomen Regium ambiendum reſtabat, quod Vnctionis ſuae tempore ſemel legitimeque adeptus fuerat, idque adeo exploratum arbitror, vt nullo prorſus idoneo teſte WITFELDVS demonſtrauerit, Regem CANVTVM iterum a. 1180 atque 1190 eſſe coronatum (y).

Epocha *Rugiae* deuictae ac *Chriſtianae* incidit in annum ſeculi ſexageſimum octauum. Inſula tunc orae *Vandalicae* princeps, à *Rugiis*, *Rugilandis*, *Rugianis*, *Rimis* aut *Ranis* (promiſcue ita nuncupantur) habitata, ac belli *Slauici* particeps, Heroi *Danico* nouum decus peperit. Potentiſſimum WALDEMAR. I. innuo, qui eo veniens vicit, nec ſine opimo victoriae fructu. Enimuero cum milite pugnandum fuit, cum fanis ac delubris, cum ZVANTEVITHO illo, quem ſuperſtitio, expers rationis & ſapientiae, Deum finxerat, vario gentium cultu adoratum (z). Sic, qui hominum ac terrae hoſtilis vindex erat, idololatriae non minus eſſe debuit terror, Rex animi atque propoſiti inuictus (a). Id vero etiam

(u) v. ejus Not. vberiores in librum XVI. Hiſtor. Dan. SAXONIS p. 251.

(x) conf. CRAGII Annal. lib. III. p. 168.

(y) Chron. Dan. p. m. 139. & 171.

(z) Eo legi poſſunt SAXO Grammat. Lib. 14: HELMOLDVS Lib. I. c. 52. collat. cum Lib. 2. cap. 12: KRANZIVS Metropol. Lib. III cap. 1: BONNVS Chron. Lub. tit. Van der Affgöderye ym Lande to Rügen, vnde ſua depromſerunt recentiores domeſtici rerum Pomeranicarum atque peregrini ſcriptores nouitii.

(a) De commemorabili hac expeditione vid. HELMOLDVS Lib. II. Cap. 12 & 13: CRANTZIVS Wandal. Lib. V. Cap. 12: MICRELIVS Lib. II.

Digitized by Google

etiam consiliis, prudentiae ac meritis ABSALONIS, Episcopi *Roschildensis*, & Apostoli *Rugianorum* imputatum, cuius diœcesi totam insulam adiecit fauentissimus ALEXANDER III. (b), vigore peculiaris diplomatis dati *Beneuent.* 2. Non. Nouembr. a. 1168, solicitantibus ad Pontificem delegatis ministris *Danicis* (c).

Epocha mundi conditi vnica est illa, in qua rectam supputationem non tenet epilogus. *Obseruabis hic candide lector*, inquit WORMIVS (d), *supinam hominum medii aeui & eius seculi in chronologicis oscitantiam. Asserit hic autor anno Christi 1170, elapsos esse a mundo Condito 6370 annos: Cum in hunc vsque diem qui est anni 1642 accuratiores huius aeui Chronologi numerent saltim 5592.* Ego diligentissimum computatorem defendere nolo, at dissident tamen tantopere hac in parte inter se non raro, qui in temporum rationibus excutiendis omnem fere aetatem contriuerunt, vt, iudice GAF-

p. 254: CRAMER. Gr. P. K. Chron. Lib. I. Cap. 46: BVGENHAGIVS Pomerania p. 74 seq. vbi tamen annus incaute memoratur 1171: KRAKEWITZ orat. de insulae Rugiae praestantia: ab EICHSTET Epitom. annalium Pomeran. p. 23 seq.: SCHWARTZIVS, cuius in historia finium principatus Rugiae insignis opera atque ingens cura est p. 78 seq: HOLBERG Dänisch. Reichs-Historie p. 239 seq. nec non altes und neues Rügen p. 29 seq.

(b) Ex verbis bullae huius: *tibi & successoribus tuis, magisterium & praelationem eiusdem insulae, in spiritualibus indulgemus in perpetuum, absque praeiudicio iustitiae aliarum ecclesiarum, si quam in ipsa habent, auctoritate Apostolica confirmamus*, haud praeter rem forte colligo, iam tum nihil derogare voluisse curiam papalem Episcopo *Suerinensi*, qui postmodum dimidiam insulae partem obtinuit. Conf. omnino Reuer. SCHRÄDERI Wismar. Erstling. p. 72 seq. collat. cum Papist. Mecklenb. p. 438 seq. itemque Celeberrimi SCHWARTZII Versuch einer Pommerisch- und Rügianischen Lehn-Historie p. 98 seq.

(c) v. HVITFELD Chron. Dan. ad h. a.: PONTAN. rer. Dan. Histor. Lib. VI. p. 252 seq. & PONTOPPIDAN. Kirchen-Histor. des Reichs Dännemarck ad a. 1168 p. 404 seqq.

(d) Regum Daniae serie altera p. 24

Digitized by Google

GAFFARELLO (e), neque dies neque anni, quotquot a rerum creatarum initio ad CHRISTVM natum efluxerunt, citra peculiarem reuelationem diuinam certo possint definiri.

Epocha legum ecclesiasticarum *Selandicarum* cum anno seculi septuagesimo primo maxime conuenit, quo leges hae latae sunt in Comitiis *Ringstadiensibus*, & in foro generali publicatae die OTHINO sacro (f), ante festum D. JACOBI. Hos numeros, si ipsae leges non suggessissent, dubio procul eos vel hodie ignoraremus in tam morosso Historicorum domesticorum silentio. Tantum tamen abest, vt ad vnam hancce normam, haud sane fallacem, omnes scriptores supputationes direxerint suas, vt potius nuper admodum vir maxime reuerendus ERICVS PONTOPPIDANVS, augustissimi *Danorum* ac *Norvegorum* Regis concionator aulicus, et in Academia *Hafniensi* Professor Theologus, epocham iuris *Selandici* ecclesiastici a. 1170 constituerit ad arbitrium (g).

§. 18.

(e) Curiositatum inauditarum Cap. 2. conf. THEODORICI monachi Histor. Reg. *Norwagic.* cap. XX. *de diuersitate supputationis annorum ab initio mundi:* STRAVCH. de epocha mundi conditi: FABRICII Bibliograph. antiquaria p. 199: & inprimis PETAVII Rationar. tempor. Part. 2. Lib. II. Cap. 1. p. 783 seqq. collat. cum L. de doct. Temp. c. 6. & 8.

(f) Vulgo OTHENSDAG dicitur MERCVRIVS, sed a VOSSIO Lib. I. Idololat. Cap. 37. & SCHEFFERO Vpsal. antiqua Cap. VII. p. 69. pro die MARTIS habetur per comparationem Deorum ac dierum *Romanorum* ac *septentrionalium.* conf. tamen KEDER. de nummo aureo antiquo atque perraro OTHIN. p. 6 seq.

(g) In annalibus Ecclesiae Danicae diplomaticis, iure etiam *Selandico* ecclesiastico, ad exemplar Hafniense a. 1505. expresso p. 423 seqq. locupletatis.

Digitized by Google

§. 18.

Nil ſupereſt, niſi vt breuiter quoque ſignificem, ac tribus quaſi verbis declarem, quamdiu annorum per hyemes computandi ratio ac conſuetudo in *Septentrione* obtinuerit. Quid vero, inquies, in re incognita certitudinis? quid ſpei in quaeſtione, quae mouetur facile, ſoluitur aegre ac difficulter? vtcunque erit, ego de ea ita ſentio, morem iſtum ſenſim ac pedetentim in deſuetudinem abiiſſe, ſpatio ſeculi abſoluto, quo WALDEMAR. II. ad regulam & amuſſim legum *Iuticarum* controuerſiis ſatis litigioſis modum impoſuit. Equidem tanto libentius olim annos per hyemes numerabant incolae *arctoarum* prouinciarum, quanto hoc cum patriis inſtitutis conueniebat magis. Magna quippe vis eſt conſuetudinis, eaque facit perſaepe, vt ritus quoquo modo inducti, vel more defendantur ac ſola antiquitate. Sed omnium rerum lex eſt, non durare perpetuo, nec manere eodem ſemper veſtigio. Variant itidem notae chronicae, communi viciſſitudinum fato, cui mores vbicunque locorum obnoxii. Quid ergo mirum? ſi aut raro aut numquam extent amplius rudera anni per hyemes computati poſt exactum illud, quod diximus, ſeculi interuallum.

FINIS.

Digitized by Google

GEORGII AVGVSTI DETHARDINGII
HISTOR. & ANTIQVIT. PROF. PVBL.

DISSERTATIO
DE
INIVSTO ANTIQVITATVM SEPTENTRIONALIVM CONTEMTV

QVA
ORATIONEM
DE
CAVSSIS AD NIMIVM IN STVDIO HISTORICO FACIENTIBVS

SVB MVNERIS AVSPICIA
MDCCXLII D. VI. APR. HOR. X CONSVETA
IN GYMNASII ACADEMICI REGII ALTONAVIENSIS
AVDITORIO MAIORI
PVBLICE RECITANDAM
INDICIT.

ALTONAE,
OPERIS HVLLIANIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Saepe ac multum mecum cogitaui, qui fiat, quo maior eſt, omnibusque notior populorum ſeptentrionalium gloria, vt multis adeo ſcriptoribus commune illud vitium ſit, tamque altas vbique egerit radices, vt ſine vlla ratione de populis, ſeptentrionem inhabitantibus, non niſi ſiniſtre ſentiant. Cuius quidem rei, ſi quis ab vna parte praecipuam cauſam tribuat opinionibus praeconceptis & inuidiae, ab altera autem inclareſcendi ſtudio, diſputandi ardori, & ſummae in delineandis populorum ſeptentrionalium moribus & regionibus oſcitationi hanc labem adſcribat; tantum abeſt, vt a vero is aberrauerit, vt potius, ſi vnquam, hac certe in re, veriſſimum fontem, ex quo promanant ſiniſtra illa iudicia, detexerit. Neminem enim fugit, qui hoc in ſe ſuſcepit negotium, quam ſit difficile, iudicium ferre, idque omni maius exceptione, de inclinatione gentis cuiusdam, naturae inſita, atque de actionibus ex hac oriundis, quum educatio, commercium cum vicinis, aliaeque cauſae, ſenſim emergentes, antiquos mores mutent in alios, nunc commodos magis, nunc magis barbaros. Non defuerunt quoque Viri, quibus amor patriae & veritatis animum addidit, qui ſiniſtros hoſce cenſo-

Digitized by Google

res, doctos ceteroquin, satisque acutos homines in viam reducere studuerunt. Notissima sunt omnibus scripta, obposita a *Peringskiold*io a) *Scaligero* b) a *Nettelbladtio* c) & *Hahnio* d) *Spenero* e) a *Schmidio* f) *Appelio* g) a *Mollero* h) *Molesworth* i) ab *Holgero Dano* k) *Petro Burmanno* l) a *Krugero* m) *Walchio*. n) Non repetam prolixe, a Viris modo laudatis in lucem veritatis prolata, ne saepe iam dicta & ventilata dicere denuo & ventilare videar. Hanc potius occasionem arripio, quando antiquitatum rationem in posterum a me habendam esse sentio, vt, quae ad contemtum, quo antiquitates populorum borealium laborant, tollendum facere poterunt, prolixius paulo exponam. Ansam mihi, differendi hac de re vberius, verba dederunt celeberrimi *Morhofii*, qui, de scriptoribus antiquariis differens, ita iudicium suum limitat. *Intellectos praecipue graecarum latinarumque antiquitatum collectores atque vindices volumus, cum septentrionalium populorum antiquitates proprie huc non spectent, vtpote quae parum ad elegantiam literarum conferunt.* o) Ac si vel nullae in terris borealibus reperirentur venenerandae antiquitatis reliquiae, nullaque vmquam fuisset literarum cultura, aut quae fuit, omni indigna esset attentione. Quodsi in ca

a) in Diss. *de Hyperboreis* p. 150.

b) *Rer. Poet.* L. III. C. VII.

c) in dem zweyten Stücke der Schwedischen Bibliothec.

d) *de ingeniis gentium Borealium philosophicis.*

e) *in notit. Germ. antiq.* L. V. Cap. 1. §. 1.

f) *de ingeniis Saxonum ad studia natis factisque.*

g) in dem Hist. moral. Entwurf der Temperamenten.

h) in elegantissima Praef. *de genuina Borealium in literas mentis*, Alberti Bartholini, de scriptis Danorum libro praemissa.

i) *Account of Denmarc, as it was in the year* 1692.

k) vel qui sub illo nomine latitat Vir Celeberrimus & Patriae amantissimus *Ludov. Helberg.* Haec ad Burmannum epistola, opusculis latinis Lipsiae 1737. impressis, iuncta est.

l) *in Epist. ad Capperonerium* p. 31.

m) in der Untersuchung des Temperaments einer ganzen Nation oder angestellte Probe über Herrn Walchens ungegründete Beurtheilung des Naturells der Völker, mit dem Exempel der Schwed. Nation eröfnet. Stockholm 1737.

n) Obs. Lex. p. 1279. v. Naturell der Völker.

o) *Polyh. Liter.* T. I. L. V. Cap. 2. §. 1. p. m. 930.

Digitized by Google

cauſas curatius inquiramus, cur ita de antiquitatibus ſeptentrionalibus iudicauerint *Morhofius* aliique eruditi, praeter eas, quas recenſuimus iamiam, dantur adhuc aliae. Me quidem iudice, quam maxime huc confert nimius ille amor, quo tam multi antiquitates graecas atque romanas proſequuntur. Fidem fere ſuperat, quanta ſit earum noſtris praeſertim temporibus apud omnes autoritas, citra quod copia faſtidium pariat. Deſudarunt in eo Viri longe doctiſſimi, *Graeuii*, *Gronouii*, *Pitiſci*, *Nieuportii*, *Panuinii*, *Sigonii*, *Lipſii*, *Cellarii*, *Burmanni* alii, vt tam libros antiquariorum graecorum romanorumque ab interitu vindicarent, quam ritus & conſuetudines populorum iſtorum illuſtrarent, nomina vero ſimul ſua aeternitati conſecrarent. Tantis anteceſſoribus excitati alii, de pulchritudine huius, quam adorant, Dianae ad raucedinem vsque clamitant; Et ſuperant hodie ſpecimina eruditionis, quae tractant ſtudium linguarum, imprimis latinae & graecae, quae referunt conſuetudines gentium Latium & Graeciam olim inhabitantium, quae laudant praeeminentiam Virorum tam togatorum quam ſagatorum, quondam in his terris fulgidorum, numero omnia alia, quae reliqui orbis memorabilia referunt, vt, reſpectu horum, libri, qui ſeptentrionalium populorum fata exponunt, ſint pro nullis habendi. Nec deſunt iconismi, quo poſteritas cognoſcat, quae olim penes Romanos fuerit facies acierum, pomparum triumphalium, amphitheatrorum, balneorum, viarum, palatiorum hortarum &c. & adeunt adhuc hodie quidam Romam, vt maieſtatem antiquitatis in ruinis atque ruderibus venerentur. p) Alii totam vitam ſepoſitis omnibus aliis, quibus poſteritati prodeſſe poterant, Critices ſtudio & illuſtrationi rituum antiquorum impendunt q) atque dum conſtitutiones illorum pro optimis venditant, hominesque fuiſſe illos credunt in exemplum omnium virtutum natos, niſi obſtaret religio viuendique conſuetudo, denuo augures, veſtitum, virgi-

p) Conf. *Bernhardi de Montfaucon*, eruditiſſimi viri, *diarium Italicum, ſiue monumentorum veterum, Bibliothecarum, muſaeorum notitias ſingulares in itinere Italico collectas.* Pariſ. 1702.

q) Prouti Vir vaſtae eruditionis capaciſſimique ingenii *Heineccius*, heu! quondam noſter, genuinum Critices & antiquitatum in Jurisprudentia vſum in Praef. ad Bynckershoeckii Obſ. Jur. Rom. vt & in Praef. Jacobi Perizonii diſſert. praemiſſa extulit, & in *Syntagm. antiquit. Roman. Jurisprud. illuſtrantium* declara-

nes veſtales & quid non? nobis obtruderent. Quae quum ita ſint, faſcinatis adeo praeſtantia & pulchritudine antiquitatum romanarum omnium animis, quid mirum, antiquitates populorum ſeptentrionalium, quid etiam obponant alii, a tanto lumine obſcurari. Et vnde haurirent quoque antiquitatum ſeptentrionalium notitiam exteri, quum linguam non calleant, nec vt intelligant, operam nauent. Pauciſſimis enim nota eſt priſca literatura runica, exteris gothica dicta, & qua hodie vtuntur regnorum borealium incolae, ſuis terminatur limitibus. Hinc anguſtis vernaculae linguae finibus coarctantur, nec terminos patriae egrediuntur, quae digna ſunt, vt ab omnibus legantur. Sola romana lingua, ob vſum, quem nobis praeſtitit, inſignem, dum eius beneficio omnes ſcientiae & artes ad nos tranſierunt, digna eſt iudicata, vt lingua eſſet ſacra r) & eruditorum communis. Haec noſtris adhuc temporibus ſolium occupat, hinc faſtus ille oritur, omnibus a ſuperſtitione hacce alienis, adeo moleſtus, hinc contemtus rerum aliarum omnium, regionum, linguarum, populorum, antiquitatum, hinc proxima negligunt, remota ſuſpiciunt, externa adorant, domeſticaque faſtidiunt romam tantum ado-

---

uit vberius; Ita quoque *Idem Vir*, immortali memoria digniſſimus abuſum ejusdem & nimium antiquitatum romanarum amorem vituperauit merito, & inter cauſas retulit, cur hodie tam pauci ad veram Jurisprudentiae laudem perueniant, in orat. Inaug. in Ill. Viadr. MDCCXXVII. recitata, quum Jura & Phil. docendi munus publice auſpicaretur.

r) Loquitur enim cum filiis ſuis ſemper latine *Sanctiſſimus Pater*, licet ad puritatem linguae non ſemper reſpiciat, atque in romana eccleſia, omnia ad cultum diuinum ſpectantia lingua latina peraguntur. Sic in Praef. T. III. Bibl. Complut. Verſio Vulg. medium occupans, Chriſto, textus vero hebraicus & graecus, qui a latere ſunt, duobus comparantur latronibus. Egit hac de re prolixius *Melchior Inchoferus* S. J. *in hiſtoria ſua ſacrae latinitatis* Monachii 1638. edit. & adfirmat L. v. C. 2. beatos aliquando in coelo latine locuturos. Sanctam etiam fuiſſe olim populis ſeptentrionalibus linguam latinam teſtatur Cel. *Thom. Brod. Bircherodius.* in diſſ. Epiſt. *de Cauſis deperditarum apud ſeptentrionales & praeſertim apud Danos antiquitatum. Monachi*, inquit, *poſt inductum chriſtianismum praedominantes cum aliis antiquitatibus literas ſeptentrionales abrogarunt, imo ipſam, ſi licuiſſet, abrogaſſent linguam, & literaturam latinam, vtpote ſanctiorem introduxerunt, vbique, everſis, exciſſis & deletis vbique monumentis antiquis, lapideis, chartaceis, ligneis & metallicis, quae omnia mera incantamenta & venefica putabant. Sic periit cum reliquis antiqua noſtra ante Chriſtum moneta & ſi quid caſu ſuper-*

adorantes; si quoque ex tripode dicta essent dissentientium argumenta, & si etiam aliorum populorum antiquitates maiestate atque splendore romanas vel maxime superarent.

His, quae attuli, praesidiis instructi tribunal occupant alio sub sole versantes, de antiquitatibus septentrionalibus iudicaturi. Quale vero ab arbitro quodam exspectabimus iudicium, qui, partium studio abreptus, indicta causa in reum animaduertit? Recte *Seneca.* s)

Qui statuit aliquid, parte inaudita altera
Aequum licet statuerit, haud aequus fuit.

Sed, quid opus est verbis, vbi adsunt rerum testimonia. Adferam, quantum quidem pro instituti ratione fieri poterit, obseruationes quasdam de antiquitatibus Borealibus, quo cognoscant, qui in iudices se erigunt, septentrioni, quoad antiquitates easdem, si non maiores, competere laudes, ac sibi ab omni aeuo vindicauit Latium. Atque vt primo loco de Antiquitatis gloria dicam, qua adeo superbiunt romani, eandem quoque, & summo quidem iure vindicare sibi possunt populi septentrionales. Vtriusque enim populi origo est aeque obscura, &, quando scriptores, quoad vrbis Romae fundationem multas attulerunt fabulas, fatendum quoque est, praeeunte *Thormodo Torfaeo* t), ante *Othini* tempora aeuum esse fabulosum & lubricum, licet, quae recensentur, gestis non omnis prorsus fides denegãda. Tantum vero abest, vt incertitudo haecce vitio sit populis borealibus vertenda, vt potius de vetustate gentis argumentum praebeat, idque non contemnendum. Omnibus enim populis commune est, quod origo illarum prima ob defectum scriptorum, &, quae posteros informare possent, monumentorum nota non adeo sit, sed, ob remota nimis tempora, multis inuoluta reperiatur tenebris. Certissimum

fuit, legi & intelligi desiit. Sic Reges & Principes Monachorum suasu metalla sua his sanctis signarunt literis, vnde primo Suein, Cnut, mox vt sanctae latinitati propiora fierent, Sueno & Canutus leguntur: & sic vlterius, quod sic clarum est, vt opponi nil queat.

s) Medea Act. 2. v, 299.

t) *in Ser. Reg. & Dynaſt. Daniae* L. II. Add. *Barthol.* Antiquit. Dan. L. I. Cap. XI. p. 178.

Digitized by Google

ſmum eſt, ipſique *Morhofio* (v) exploratum, latitare quaedam in ſeptentrionis priſcis monumentis, omnem & graecam & latinam antiquitatem longe ſuperantia. Antiquiſſimis quippe temporibus & penes exteros quoque annalium vetuſtiſſimorum conditores, notiſſima ſunt, & ſaepiſſime occurrunt nomina *Cimbrorum*, *Gothorum*, *Scytharum*, *Normannorum*, *Longobardorum*, *Vandalorum* (w), qui e vagina gentium, ac vocabant haud immerito ſeptentrionem, repetitis prodiere migrationibus. Ita *Salmaſius* x) vt Graecorum inanem in praedicanda antiquitate faſtum reprimeret, *nulla*, inquit, *Europae fere gens, nec aſiae, quin a ſeptentrione promanauerit. Inde propagines profectae populorum, quibus Europae Aſiaeque pleraeque partes conſitae fuerunt. Scythia igitur, quae ad ſeptentrionem omnes ferme gentes euomuit, cum ſuis linguis, quae Europam & Aſiam inundarunt. Vt autem vaſtiſſima illa Scytharum regio fuit & late porrecta ad orientem & occidentem, verſus meridiem eructando varias hinc in Europa inde in Aſia produxit gentes.* Spectant quoque huc, quae attulit de antiquitate gentium borealium Celeb. *Otto Sperlingius*, Ottonis filius y), ſed omnibus ſcriptoribus palmam reddidit dubiam fertilitate ingenii, & pietate atque amore in Patriam nemini ſecundus *Olaus Rudbeckius*, qui in vaſto *Atlanticae* opere z) omnia huc facientia ingenti ſtudio congeſſit, & originem omnium, qui dantur, populorum vindicauit ſeptentrioni. Attulit multa, quod negari nequit, quae nimio in Patriam debentur adfectui, ſed non omnia inde deſumſit arma. Dantur enim multa, altiori indagine longe digniſſima.

Pro-

---

v) *Polyh. Liter.* T. II. L. 1. C. 1. §. 14. p. 9.

w) Conf. *Jordanis S. Jornandis*, Epiſcopi Rauennatenſis, *Hiſt. de origine & rebus geſtis Gothorum*, a *Jo. Frid. Peringskiold* Vpſ. 1719. edit. Normannorum nomen ſub antiquis temporibus admodum familiare, & hac ratione apud Anonymum Auctorem vitae Karoli M. Nortmannia pro Dania occurrit p. 276. Danos mox, mox Danaos adpellat Detmarus Merſeburgenſis Chr. C. 2. p. 24. 25. Danigenae vocantur in A. Fr. Pith. ad a. 850. Cimbrorum vero nomen Velleius Paterculus, Tacitus, Juſtinus & alii plures poſteritati commendarunt.

x) *in Hellenift.* P. II. C. 2. p. 366.

y) *in Comment. de Danicae linguae & nominis antiqua gloria & praerogatiua.*

z) Tom. I. Vpſ. 1675. latino ſuetice editus & 1679. 1684. recuſus eſt Tom. II. ibidem 1689 prodiit Tom. III. 1698. De Tom. IV. ſeruant mſcr. Litter. Sueciae 1720. p. 57. *Olaus Rudbeck praelo iterum parat beati Parentis affectum atlant. T. IV. cui*

Progredior ad aliud argumentum, quod pro gentis romanae maiestate, ad inuidiam vsque illustri allegari solet, *gestorum* scilicet *magnitudinem*. Sed loco suo glorioso, tot triumphis, totque victoriis legitime occupato non cedunt populi septentrionales. Numquam omnipotentem Romam adorauit septentrio, sed potius in Hispania, in Gallia, in Britannia, in Belgio, in Germania, in Sclavonia, ipsaque in Italia victricia semper circumtulerunt arma gentes boreales, homines pugnacissimi pariter ac inuictissimi, vt in regionibus remotissimis vigeat adhuc & floreat populorum septentrionalium gloria. *Gentem vocat indomitam, sub septentrione in oceano degentem, Luitprandus*, a) *cuius saeuitiam multarum saepe gentium nobilitas luxit, quae aliquando classibus per rheni fluminis alueum conscendens ferro & igne omnia deuastauit.* Et quid quaeso illustrius dici potest & gloriosius effato *Alfredi* Angliae Regis, cuius haec verba: *Nulla tellus effert viros magis, quam Dania praecipuos, armisque strenue edoctos.* b) Cum quo consentit *Annalium Fuldensium Autor: Erat ibi gens fortissima Danorum, quae nunquam antea, in aliqua munitione aut capta aut superata auditur.* c) Digna sunt, quae adducantur *Taciti* verba, de summa & immortali Danicae virtutis fama abunde testantia. d) *Eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc ciuitas, sed gloria ingens veterisque famae late vestigia manent vtraque ripa castra & spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis & tam magni exercitus fidem.* Magna sunt & egregia, quae de gentibus arctois attuli, sed quando esset dicendorum finis, si omnia, quae de prisca gentium Borealium virtute, eademque tractu temporis haud imminuta, habentur in annalibus, adferre hoc loco animus esset, atque si trophaea & spolia, ab hostibus superatis reportata, quibus regna sua & domus suas ornarunt, omnium denuo oculis exponere vellem, illustre quan-

Vir Summus immortuus est 1702., *postquam funestissimum incendium paucis ante mensibus ita absumserat singula memorati Tomi, vt non nisi tria vel quatuor supersint exempla.* Conf. Cel. *Molleri Hypomn. ad Schefferi Suec. Lit.* p. 413.

a) *Chron.* L. 2. apud *Murat. in Script. Ital.* T. II. p. 451.

b) apud *Dudonem*, S. Quintini Decanum, *de moribus & actis Normannorum* L. 2. p. 73.

c) *in Collect. Quercet.* p. 18. ad a. 891.

d) *de moribus German.* Cap. 37.

Digitized by Google

quam foret & amoeniſſimum ſpectaculum: ſi, vt *Alberti Cranzii* verbis e) vtar, *Danicae illam & Normannicae gentis gloriam* denuo exponerem, *quod in longinqua regione ditionem quaeſierit, principatus fundaverit, regna conſtituerit, atque reliquerit, primum in Longobardia per annos ducentos, deinde in Normannia, vbi Ducatus honore non contenta, non quievit, donec Angliam ſibi adiiceret*; ſi fortitudinem in bellis ſic dictis ſacris a Danis atque Norwegis praeſtitam cum terrore infidelium extollere, ſi euincere vellem, veteres vtriusque Siciliae Reges imperium cum origine debere Normannis, ſi Danos, tanquam monaſteriorum, legum, vrbium, portuum, caſtrorum, familiarum, conſuetudinum in Galliis, Anglia & aliis in locis conditores denuo in ſcenam reuocare ſuſtinerem, ſi monſtrare vellem, Danos priſcos Romanos eſſe imitatos, ac coloniis hinc inde miſſis nomen imperiumque ampliſſimum effeciſſe, atque commercia & rem nauticam quam diligentiſſime curaſſe, adeo, vt infeſtum & tutum potuerint reddere mare, ſi tandem reliqua, ad veterum heroum borealium hiſtoriam facientia geſta condigne delineare in me ſuſciperem. Otium mihi in hoc negotio fecit, & quam feliciſſime id praeſtitit f) non Patriae ſolum, ſed orbis quoque eruditi ornamentum inſigne, *Ericus Pontoppidanus*, Fautor ſingulari mihi pietate colendus.

Propero potius ad cultum, quem Diis ſuis atque Deabus praeſtare ſolebant Romani, & ex quo pariter argumentum gloriae deſumunt, qui Romam ſatis laudare nequeunt. Nulla omnino eſt gloria, eiusdem licet fuerint cupidiſſimi romani, quae ad illos ex miſerrima redundat idololatria; ſi autem coecus illorum ardor, quo vaniſſimae credulitatis laqueis circumuenti, numina ſua coluerunt, quandam mereatur attentionem, illis ſane hac in re poſt non ſunt ponendi populi ſeptentrionales. Delineat enim prolixe in altero atlanticae ſuae Tomo *Olaus Rudbeckius* Solis, Lunae terraeque cultum, & originem omnis huius ſuperſtitionis parti Sueoniae ſeptentrionali vindicat, ex qua deinde in orbem reliquum diuulgata. Sunt praeterea, qui ſuſtinent,

e) *Hiſt. Goth.* L. IV.

f) In doctiſſimo opere *de Geſtis atque Veſtigiis Danorum extra Daniam* in tres tomos diſtincto. Conf. quoque *Conrad. Sam. Schürtzfleiſchii Res Danicas.* Witt. 1673. edit.

Digitized by Google

nent, nec ſine omni veritatis ſpecie, iam ante Chriſtum natum idololatricam Aegyptiorum religionem in ſeptentrione viguiſſe, quia taurum aeneum ſecum duxerunt Cimbri, cum hoſtibus dimicantes: pariter ad piſcaturam difficiliorem & ſterilem magis reddendam animalia, ex aere confecta v. g. equum, lupum in mare demiſerunt, & boues aeneos huic vſui deſtinatos olim fuiſſe, teſtatur *Jo. Laurentzen* g) vt ſegetes & arua foecunditate & vbere ſuo deſtituerentur. Vero tamen magis ſimile, ſeptentrionis incolas, Chriſtianis ſacris nondum imbutos, Romanorum imitatos eſſe idololatriam. Coluerunt enim itidem numina vtriusque ſexus, maioris pretii atque minoris, publica, ſiue ab omnibus adorata, atque domeſtica. h) Haud tamen illis tantus numerus, nec idem cultus. Primaria ſeptentrionalium numina, quibus gratias exultantes egere atque vt Deos venerati ſunt maiores, cimmeriis errorum ethnicorum tenebris adhuc immerſi, fuere *Thor*, ſiue iuxta nonnullorum ſententiam Iupiter, *Wodan*, quem *Othinum* vocant alii & pro Marte habent, & *Freia* vel *Frigga* ſiue Venus. i) Ita enim *Albertus Cranzius*. k) *In hoc*, inquit, *templo*, (apud Vpſalienſes in Suecia) *quod totum fulgebat ex auro ſtatuas trium venerabantur antequam Chriſto crederent. Potentiſſimus Thor in medio triclinio ſtrato puluinari celebatur. Hinc inde latera eius cingunt Wodan atque Fricco.* l) *Thor inquiunt praeſidet in aere, tonitru & fulgura, ventos & imbres ſerenitatemque gubernans, fruges adminiſtrat cum fructibus vniuerſis. Alter Wodan, (hoc eſt fortior) bellis praeſidet, hominibusque fertur in hoſtes vires ſubminiſtraſſe. Tertius Fricco pacem & voluptatem moderatur, cuius etiam ſimulacrum turpitudinem prae ſe ferebat. Wodanum ſculpunt armatum, vt alii Martem, Thor autem cum ſceptro Iouem videbatur exprimere.* Sed hoc idolorum numero non contenti anteceſſores, alia eaque minorum gentium numina illis iungebant, vtpote Penates & Lares domuum atque aedium,

g) *Muſ. Reg.* P. II. Sect. 3. p. 178.
h) Conf. *Steph. Joh. Stephanium in notis ad Sax. Grammat.* p. 135.
i) Legi meretur hac de re *Schedius* in libro *de diis Germanorum*, & quae operi huic iuncta eſt diſſertatio *Joh. Georg. Keysleri de Cultu Solis Freiae & Othini*.
k) In Praef. L. I. Sueciae.
l) Cuius generis & ſexus fuerit hoc numen, non conſentiunt eruditi. Plurimi tamen horum ſexui foeminino illud adſcripſerunt, quod etiam exinde eluceſcere arbitror, quia illi, prolem atque matrimonium felix deſiderantes ſacrificia offerebant, prout apud romanos Juno matrimoniis, nubentibus atque puerperis praeerat, & Venus amoris Dea Praeſes erat.

Digitized by Google

genios locorum, m) pariter ac Quirites, qui Deos venerati sunt maiorum gentium, duodecim nempe consentes octoque selectos, & minorum quoque gentium, quorum immensus erat numerus, quos Indigetes, Semones, & semi Deos vocarunt, quibus Deos agrestes, marinos atque fluuiatiles iungere solebant. Sic in regnis arctois nota fuit *Disa* vel *Thysa*, Thoronis vxor, iustitiae maxima fautrix, a qua leges & iura se obtinuisse credebant. Coluerunt itidem filium Othini *Tyr*, qui fortitudine, magnanimitate & manuum promtitudine locum inter Deos obtinuit, cui pro victoria obtinenda hostias immolarunt. In angustiis constituti inuocarunt idolum quoddam, cui nomen *Iodut* imposuerunt; fuitque apud illos discrimen numina terrestria inter & aquatilia. Defatigarunt insuper precibus Deam quandam, vt frugum illis esset copia, ac Romani Cererem: sed in mari, fluuiis & amnibus profundioribus imperium obtinere *Noccam* bona crediderunt fide, solidae felicitatis Christianae, ineluctabili temporum iniuria, expertes. Quod magis adhuc, nec a Romanorum moribus adeo alienum fuit, Reges quoque & Principes ob gesta glorioſa numero Deorum adscripserunt. Hoc enim modo, teste *Saxone*, *Haldanus Biergram*, *debellato Erico*, *apud Sueones tantus haberi coepit*, *vt magni Thor filius existimatus*, *divinis a populo honoribus donaretur*, *ac publico dignus libamine censeretur*. Pergo ad cultum ipsum, & locum illi destinatum, atque observo, duplici ratione idola sua coluisse, & sacrificia illis obtulisse maiores: vel in fanis atque delubris, vel sub dio in aris, singulari plane modo exstructis. n) Putabant enim, dedecori esse Diis suis, si in templis & aedificiis eosdem venerarentur, & his quasi includerent. Quamquam in his terris, ac olim Romae, quadringentas & vingenti aedes sacras fuisse, nemo vnquam adfirmaverit, non defuisse tamen omnino,

m) Conf. *Mich. O. Wexionium in Epit. descriptionis Sueciae, Gothiae, Fenningiae & subiectarum prouinciarum.* L. 10. C. 2. *Joann. Wastheff in Praef. ad vitas sanctorum.*

n) Qualis fuerit aruorum, hodie in campis & syluis dissipatarum structura, docet Cel. *Wormius Monum. Dan.* L. I. p. 7. *Maxima ex parte congesto ex terra constant tumulo, in cuius summitate tria ingentia saxa quartum illudque maius, latius ac planius sustinent, fulciunt ac sustentant, vt instar mensae tribus fulcris innixae emineat. Sub hac mole cauitas visitur, in quibusdam vasta satis, in aliis terra & lapidibus repleta, quae sanguini victimarum recipiendo deputata creditur. Rarum est, si hic ignibus excutiendis aptos silices non inuenias. Alium enim, quam ex silicibus excussum victimis eremandis adhibere nefas duxerunt.*

Digitized by Google

no, teſtatur ſumtuoſiſſimum illud ac ſanctiſſimum delubrum, quod Vpſaliae quondam fuit, & de quo antea iam diximus. Liceat haec praeeunte Cranzio, adhuc addere: *Arbor iuxta templum ſtabat ingens, patulis diffuſa ramis, aeſtate & hyeme iuxta virens, genus eius nemo potuit edicere. Fons ſcaturiuit ad locum ſacrificiorum. Sacrificaturi hominem hic immerſere viuum, qui ſi facile mergeretur, fauſtum renuntiarunt votum. Aurea catena fertur cinxiſſe templum ad moenia domusque faſtigia ſuſpenſa, late rutilans acceſſuris. Nam templum in planitie ſitum, montibus ambitur.* Noſtris adhuc temporibus variis in Norwegiae locis cryptae reperiuntur ſubterraneae, petris partim duriſſimis inciſae, partim ſaxorum maximorum accumulatione congeſtae; In Islandia quoque fuiſſe delubra, lararia incolis dicta, teſtis eſt *Arngrimus:* o) vt alias ſilentio praetereamus de cultu idololatrico teſtantes reliquias, quae hodie tamen magna ex parte euanuerunt, ita vt nec nomen eorum ſuperſit. Forſitan Chriſtianis addicti iam ſacris incolae penitus deſtruxerunt templa illa, vt omne id, quod priſtinam idololatriam ſaperet, plane abolerent, vel cultui, vero Deo praeſtando, deſtinarunt. Euincunt hoc verba *Adami Bremenſis* p) *Totum ſtudium eius (Eginonis,* Epiſcopi Dalboienſis in Scania & Borealium Apoſtoli) *exarſit in conuerſione paganorum: quapropter multos adhuc populos idolorum cultui deditos Vir ille Chriſto lucratus eſt, illos praeſertim barbaros, qui Pleichani dicuntur, & qui in Hulma inſula* (Bornholm) *degunt, qui omnes ad eius praedicationem conuerſi in lacrymas poenitentiam ſui erroris ita mon-*

o) L. I. *Crymogeae* Cap. 7. *Lararium quodlibet pro ratione huius terrae magnifice exſtructum erat. Quorum duo legimtur fuiſſe CXX pedum longa. Vnum in praefectura* Wadſdal *Islandiae Borealis, alterum in* Kialarnes, *meridionalis Islandiae & hoc quidem pedes latum LX. Singula lararia fanum in ſacelli morem ſibi adiunctum habebant. Hic locus ſacratiſſimus. Hic idola & Dii manu facti in ſuppedaneo ſeu ara quadam conſiſtebant, quos circum pecudes iisdem maſtandae diſponebantur.* Et alio loco: *Ante Deorum illud ſuppedaneum in praedictis fanis ſitum ara exſtructa ſtabat, ferro ſuperne immeſſita, ne igni, qui ibi perennis eſſe debuit, laederetur. In ara etiam lebes ſeu aeneum vaſculum repoſitum erat, quo boſtiarum ſanguis exciperetur, adiuncta luſtrica & aſpergillo ad victimarum cruorem, adſtantibus adſpergendum. In ara praeterea annulus aſſernabatur argenteus vel ex orichalco unciarum XX, quem forenſi aliquo munere fungentes, iniurandum iam praeſtituri victimarum illinitum cruore religioſe inter iurandum contrectabant; ad victimas vtplurimum, quadrupedes deſtinabantur, in ſacrificantium epulas conuertendas.*

p) *Hiſt. Eccl.* c. 215. p. 65.

Digitized by Google

ſtrarunt, vt confractis ſtatim idolis vltro certarent ad baptismum properare. q) Duo vero potiſſimum maioribus noſtris ſolemnia fuere ſacrificiorum genera, alterum maius, idque nono quouis anno maxima cum pompa celebratum, alterum nono quovis menſe peractum, vulgare & minus. Diſſerit de hocce ſacrificio *Olaus Magnus.* r) *Omni nono menſe ſolemniorem venerationem ipſis impendentes nouem dies ſacrificiis rite ac religioſe abſolvendis tribuerunt, ſingulisque diebus novem animantium genera immolabant, quibus etiam humanas hoſtias adiungebant. At poſt nouendium per ſummam totius regni celebritatem templum Vpſaliae frequentiſſimo incolarum acceſſu viſitabatur, ibique novendialibus feriis, & praeſcripto ſacrificiorum numero Diis libamenta ad aram mactabantur. Homo autem, quem ſors immolandum obtulerat, in fontem, qui ad locum ſacrificiorum ſcaturiebat, viuus immergebatur, qui ſi facile efflaret animam fauſtum renuntiarunt ſacerdotes votum, moxque inde ereptum in vicinum nemus, quod ſacrum credebant, ſuſpendentes inter Deos translatum adfirmabant.* Sed ad victimas. Sub harum immolatione conuiuiis lautis, epulis, tripudiis, aliisque laetitiae modis ſacrificia reddiderunt illuſtriora. s) Inter victimas vero fuere animalia, & haec inter equi, quorum caro in epulis apponebatur,

---

q) Refert *Snorro Sturlae in hiſt. Olai Tryggonis*; eum, quum Norvegiam ad Chriſtianam religionem perducere conaretur, ſani, quod prope Nidroſiam in Laden exſtitit, idola confregiſſe, tectum diruiſſe, & ingentem ex auro annulum, qui ianuam & valuas exornabat, tanquam magnificentiae teſtem abſtuliſſe.

r) Lib. 3. cap. 7.

s) *Snorro Sturlae in hiſt. Haquini Adelſtani*: *Conuenerunt omnes in locum, ſacrificii deputatum, ſecum ferentes victui neceſſaria, ſingulis ſuffectura, quousque ſacrificiorum ſolemnia peragebantur, omnis generis animalia, imo equos immolabant, quorum ſanguis* laut *vocabatur, vaſa vero, quibus excipiebatur* laut bollerne, *quae ita erant comparata, vt in extremitatibus ſpongiam aut ſimile quid haberent, quo ſedilia ac fani parietes intus & extra illinebant. Carnem coctam hoſtiarum epulis adhibebant, in medio namque fani focum inſtruebant, coquendis hoſtiis deſtinatum. Interea vero, dum elixatio fiebat, ad focum poculis indulgebant plenioribus, (at bæra fuſt dicebant) antiſtite populo & ſacrificiis bene ominante. Hinc in memoriam Othini pocula exhauriebant, quo Regi & toti regno bene eſſet. Mox Niordi & Freae memoria poculis recolebatur annua, vt ipſis contingeret felicitas frugumque & reliquae annonae vberrimus prouentus. Multi* Bragebeggere *exhauriebant; i. e. Heroum, Regum, amicorum & in bello fortiter rem gerentium memoriales ſcyphos, quibus eorum manibus parentare ſe credebant, & Minde vocabant.*

Digitized by Google

tur, tum quoque homines, t) captiui, v) imo Regum quoque filii. w) Sed sufficiant, quae de vetustissima gentium borealium religione attuli. Plura qui scire anhelat, consulat, quae facem nobis quoque praetulere, cedro digna *Monumenta Danica*, maximi antiquitatum borealium vindicis atque restauratoris, laudati saepe, sed nunquam satis laudandi *Olai Wormii*.

Progredior ad monetam atque metalla, vt videamus, num in his Romani vincant veteres septentrionis incolas. Negari non potest, praestantissima esse, quae nobis supersunt, romanorum numismata. x) Exhibent heroum facies atque facinora, itaque sunt comparata,

t) *Dudo de S. Quintino*: *Coeterum in expletione harum expulsionum, atque exercituum sacrificabant olim venerantes Thur Dominum suum, cui non aliquid pecudum aut pecorum, sed sanguinem mactabant hominum, holocaustum omnium putantes pretiosissimum.*

v) *Olaus Magnus* L. 3. cap. 3. *Othinum, qui bellis praesidebat, cruore & morte captiuorum placabant, opinantes, bellorum praesidem aptius humano cruore placari, a quo vicissim omnem belligerandi industriam adeo perfecte didicerunt, vt de victis Europae & Asiae potentissimis imperiis summum fortitudinis gradum reportarint.* Quo vero modo in bellis extra Patriam captiuos tanquam victimas immolauerint maiores, docet *Strabo de moribus Cimbrorum* L. 7. *Eorum vxoribus in militandi societate coniunctis consequentes nouitatae diuinationes pessimae sacerdotes adhaerebant, quibus canus capillus erat, alba vestis lintea, e carbaso subter tunicam fibulis annexa, aheneis incinctae zonis, pedes nudae, captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos ad humum sternentes ad aereum protrahebant craterem, deinde eos in sublime tollendo, iugulum ferro aperiebant, & prostratae tum sanguine in craterem effuentum belli vaticinabantur. Alsae dissecto ventre ex intestinis victoriam interpretabantur. Inter praeliandum vero pelles ad carrucarum velamina extensas crebris pulsabant ictibus, ingens strepitus cum horrore edebatur.*

w) Prouti de Rege Sueciae *Aune* refert historia Norvegica, quod nouem Othino mactauerit filios, vt vitae consequeretur prolongationem, sic quoque *Haquinus*, Norwegiae Rex vt cum Haraldo bellum gerens, victoriam obtineret, non filiis pepercit suis, testante *Saxone* L. X. *Haquinus perspectis copiis cum intolerabile vebus suis onus imminere agnosceret, excipiendi eius materia non suppetente, tanquam humanae diffidentia, diuinam amplexus, superos inusitato piaculo propitiandos curauit. Duos siquidem praestantissimae indolis filios, hostiarum more aris admotos, potiundae victoriae causa nefaria litatione mactauit, patrisque nomine quam patria carere voluit.*

x) Abusum reprehendit merito nimiumque feruorem, quo haud pauci studium nu-

Digitized by Google

rata, vt paucis verbis longa gestorum series comprehendatur, & maiestas eluceſcat vbique. y) Si ad monetam, populis ſeptentrionalibus vſitatam olim reſpiciamus, euidentiſſimum eſt, antiquitatem eiusdem non eſſe minorem, quam penes exteras gentes. Non defuit illis auri argentique copia. Praeter conſtantem famam, quod magnos auri argentique theſauros poſſideant Daniae incolae, antiquiſſimi hiſtorici diuitiarum in ſeptentrione faciunt mentionem. Ita quippe *Herodotus.* z) *Ceterum ad ſeptentrionem Europae quam plurimam auri vim eſſe conſtat. Id quidem, quomodo fiat, pro comperto dicere non habeo. Feruntur tamen illud Gryphibus auferre Arimaſpi, viri vnoculi.* a) Idem adſtruit *Adamus Bremenſis* de Selandia loquens: *Aurum ibi plurimum, quod raptu conquiritur piratico. Ipſi enim piratae, quos illi Withingos appellant, noſtri Aſcomannos, Regi Daniae tributum ſoluunt, vt liceat iis praedam exercere a barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant.* b) Si nummos iam ipſos conſiderauerimus, fatendum eſt, reſpectu aliarum gentium, & vel maxime romanorum, numismata hiſce in terris fuiſſe olim rariora, cuius rei quaenam fuerint cauſae, iam dicamus. Commerciorum

---

mismaticum tractare ſolent, Illuſtriſſ. *Addiſon*: I muſt confeſs, the Knowledge of Medals has moſt of thoſe disadvantages, that can render a Science ridiculous to ſuch, as are not well verſed in it. Nothing is more eaſy, than tho repreſent as impertinencies any parts of learning, that have no immediate relation of the happineſs or conuenience of mankind. When a Mand ſpends his whole life among the ſtars and Planets, or lays out a twelwe month on the ſpots in the ſun, however noble his ſpeculations may be, they are very apt to fall into burlesque. Conf. Eius dialogues upon the uſefulneſs of ancient medals.

y) v. g. *Pacator orbis. Roma renaſcens. Puellae fauſtinianae. Libertas Reſtituta. Rex Parthis datus. Victoria Germanica. Aſia ſubacta. Aduentui Aug. Britanniae. Diſciplina Aug. &c.*

z) Lib. III. cui Thaliae nomen dedit p. 106.

a) Euincit *Olaus Rudbeckius* atl. T. I. C. 9. p. 403. & p. 407. Arimaſpes hic ab Herodoto allegatos veteres eſſe boreales, qui nomen illud obtinuerunt, a telis ſuis atque ſagittis vulgo Aur adpellatis, & vnoculos dici, quia arcum tendentes alterum clauſerunt oculum, vt ſcopum eo certius obtinerent. Gryphes vero, teſte eodem Autore, piratae ſunt, ſiue praedones.

b) *Hiſt. Eccl.* Cap. 213. p. 64. Idem teſtatur *Hiſtor. Aimundi Kappebane* Cap. V. *Hiſtoria Gothrici* Cap. VII. *Hiſtor. Olaui Trygvaſoni* Cap. V. Quibus addas Illuſtriſſimum *Huitfeld* in Chron. Epiſc. p. 27 de Joanne Michaelis, Epiſcopo Ripenſi XXII. ſub Rege Olao & Matre Eius Margaretha circa A. 1377. referentem, quod 3000 ſelibras puri argenti, ingentem iis temporibus ſummam, regno mutuo dare valuerit.

Digitized by Google

orum, quae illo tempore floruere, ratio considerandа est, quandoquidem teste *Io. Mulenio* c) *sub primis Danorum Regibus, nullus aut exiguus nummorum vsus fuit, nam merces cum mercibus* (quemadmodum apud Islandos adhuc in more positum est) *commutabant, ideo nummos non cuderunt nisi minutulos & vsuales ex aere, ad res minoris pretii comparandas, aut ad summam pretii in rebus permutatis supplendam & coaequandam utiles, de aurea & argentea moneta non multum solliciti.* d) Addit Celeb. *Jacobaeus.* e) Septentrionales aurum atque argentum ad certum tantum pondus examinasse. Contulit porro ad nummorum septentrionalium raritatem, nummorum patriorum amor, dum Boreales nullam admiserunt monetam, ac, quae in suis terris cusa, quam vero commercium cum aliis nationibus intulit, hanc in alios vsus conuertendo statim abrogarunt. Praeter sanctam Monachorum & summam simplicitatem, de qua dictum iamiam, nummos populorum arctoorum vel maxime conspectui subduxit belli tam diuturni calamitas, qua primis post inductum Christianismum seculis ob dissidia principum vsque ad Waldemari Primi tempora regnum fere exhauriebatur, atque incolae, ferali bellorum fulmine attoniti, quam possidebant, monetam, terrae concredebant, quae partim ibidem adhuc delitescit, partim vero casu fortuito in lucem protracta f) adeo vt, quanquam copiosa fuerint in Septentrione numismata, attamen a temporibus Suenonis, Haraldi filii, admorsae seu furcatae barbae certum possit constitui monetae septentrionalis tempus. Adeant, qui de nummis maiorum

C no-

c) *In Praef. Numism. Dan.*

d) *Helmoldus in Chron. Slauor.* L. I. C. 38. de rugianis ethnicis ab Henrico Slauorum Duce subactis, idem refert. *Apud Ranos, non habetur moneta, nec est in comparandis rebus consuetudo nummorum, sed quicquid in foro mercari volueris panno lineo comparabis. Aurum & argentum quod forte per rapinas & captiones hominum vel vndecunque adepti sunt, aut uxorum suarum cultibus impendunt, aut in aerarium Dei sui conferunt. Posuit ergo iss Henricus in appensione stateram grauissimi ponderis, & quicquid in priuatis suis auri vel argenti habuerant, vix medietatem pecuniae persoluerunt, puta statera delusi.*

e) in Mus. Regio.

f) Testantur id nummi argentei & eximiae raritatis, ex terra prope Rendesburgum, cum amplius extenderetur, eruti, atque diuo *Christiano Quinto* glor. mem. 1694. oblati. Nec non Numi mata quinque aurea, quorum singula fere sunt ponderis ducati aurei, ab vna tantum facie signata, quae delineat Cel. *Olig. Jacobaeus in Mus. Regio* Tab. XIV. Fig. I - V. omnibus ansula aurea adhaeret, atque exinde suspicioni ansa praebetur, fuisse amuleta, deorum imaginibus ornata, quum constet, veteres aurea sua amuleta, siue hlutr. vel res, quibus futura sortiebantur, effigie hu-

Digitized by Google

noſtrorum dubitant, Muſeum Regium ab *Oligero Iacobaeo* delineatum, Euoluant *Mulenii* g) iam laudati atque *Eliae Brenneri* h) hac de re exarata ſcripta. Accuratiſſime vero hanc rem exponet opus numismaticum pretioſiſſimum, cui perpoliendo auſpiciis Regiis adhuc inſudant Viri illuſtres & eruditiſſimi, & quod numismata danica ab omni aevo quam elegantiſſime exhibebit. Sed, vt hoc addamus, non defuerunt ſeptentrioni viri, qui aurum atque argentum in varias ſatisque elegantes formas redigere potuerunt. Euincunt hoc torques aurei 64. circiter vnciarum, a militibus aliquot gregariis caſu reperti in Nericia haud procul pago Aſcherdunſenſi, quorum remotiſſimam aetatem exinde colligimus, quia aperti ſunt, nullumque propendet ornamentum vel bulla i) & quia porro gemini ſunt, ſiquidem Viris meritiſſimis veteres duos dare ſolebant torques. k) Teſtantur de peritia Veterum

---

mana ſignaſſe. Conf. Acta Med. & Phil. Hafn. Vol. II. Obſ. 36. & Viri Summi *Th. Bartholini* Antiq. Dan. L. 2. C. 9. Cauſam, quare non plura prodierint veterum borealium numismata ſuppeditant Autores Act. Lit. Sueciae a 1724. p. 592. *Nulli dubitamus, quotannis cemeliothecam Collegii Antiquitatum his talibus pretioſis auri argentique ceimeliis inſigniter auctum iri, ſi tantillum vltra internum pretium metalli cederet inuentoribus, nunc cum nonniſi tertiae partis valor eis concedatur, tentationi obiiciuntur, cui ferendae non omnes ſunt pares, & plura veterrimae aetatis monumenta auri ac argenti fabrorum fiunt victimae non ſine graui antiquitatum pariarum iactura.*

g) Quanquam *Mulenius*, in re nummaria, ſi quis alius, longe verſatiſſimus, magna veritatis ſpecie adſtruat, nummos, cruce ni prae ſe ferentes, a Chriſtianis eſſe cuſos, attamen credo, exceptionem adhuc habere locum, quare non ethnici adhuc maiores pari ratione figuram crucis inuerſire potuerint, ac columnam, anchoram, ſtellam ac rotulam vel caſu fortuito, vel ad Thoronis malleum exprimendum, citra quod ad Chriſtianiſmum reſpexiſſent.

h) Pictor erat. & ſculptor praeſtantiſſimus, atque hiſtoriae Veteris peritiſſimus. Auguſtiſſima Regina Vidua *Hed'vig Eleonora* operi edendo ſummam mille thalerorum deſtinauit: Titulum liber prae ſe fert ſequentem. *Theſaurus Nummorum ſueo Gothicorum ſtudio indefeſſo Eliae Brenneri quinquaginta annorum ſpatio collectus, ſecundum ſeriem temporum diſpoſitus, atque e tenebris iam commentatione in apricum prolatus. Acceſſit eiusdem Autoris libellus de Nummophylaciis Sueciae, de Scriptoribus rei nummariae Sueticae atque de theſauris ſeu variis vetuſtorum nummorum cumulis paſſim per Sueoniam fortuito caſu repertis.* Holmiae 1731. 4. cum fig.

i) *Schefferus in Syntagm. de antiquis Torquibus §. 5. antiquioribus temporibus nihil torquibus appenſum puto.*

k) *Hirtius de bello hiſpanico* Cap. 26. *Caeſar ob virtutem turmae Caſſianae praefecto donauit torques aureos duos,*

Digitized by Google

terum hac in re orbes aurei, in Scania Gothlandiaque e terra eruti l) nec non armillae aureae, ponderis 156 ducatorum in Sudermannia repertae. m) Sed in documentum, idque omni exceptione maius, quod artificibus pro ratione temporum satis peritis non caruerit septentrio, allegandum habeo pretiosissimum illud & canam aetatem prae se ferens Cornu Aureum Danicum, sceptra tenente diuo *Christiano Quarto* glor. mem. in Cimbria a puella quadam rustica inter pagum Oesterby & Megeltunderum 1639 repertum, quod vncias centum & duas cum dimidia pendet, structura mirabili, metalli praestantia, ornamentis, emblematibus & vbique obuenientibus characteribus hyeroglyphicis sacra maiorum, libationes & auguria denotantibus plane insigne, quod iudicantibus aliis poculi, firmioribus vero rationibus adfirmante magno *Olao Wormio* n) buccinae vices in bellis olim sustinuit. Eiusdem elegantiae pariter ac structurae cornu est aureum, 1734 in Cimbria haud procul a loco, in quo primum detectum, a rustico quodam repertum, cuius delineationem atque analysin figurarum incisarum in se suscepit Vir Doctissimus, *Joachimus Richard Pauli*, qui varias variorum simul adduxit coniecturas, & fuisse quosdam docet, qui modum, lapidem parandi philosophicum in cornu delineatum esse, contenderunt.

Videamus iam maiorum nostrorum sepulchra, & contemplemur modum, quo libitinae iniuria sibi ereptos terrae mandauerint, quo constet, nec in hac pietate, defunctis praestanda, Boreales populos romanis esse inferiores. Multo studio, multisque cerimoniis vltimum hoc pietatis atque amoris officium praestiterunt Quirites, atque memoriam eorum, quorum cineres in loco illis destinato conquiescebant, laudationibus, cippis, & epitaphiis insculptis ab obliuione vindicare studuerunt. Sed nec in septentrione defuerunt solemnia, quae postremo actu humani dramatis morte terminato, defunctis praestabant antecessores. Antiquissimis temporibus nostratibus aeque ac Roma-

l) delineauit eosdem *Elias Brennerus in appendice ad Thesaurum Rei Nummariae Sueo-Gothicae.*

m) Exhibet eas *Peringskiold in notis ad Hist. Asmundi Kappebane.* Spectant quoque huc simulacra aurea, in Boringholmia, maris Balthici insula, agris eruta, atque secundum mentem Vener. *Jacobi a Melle*, idola domestica, lares atque penates veterum Borringiorum denotantia; reperies eadem, aeri incisa, & doctissimum de illis Mellii Commentarium in Bibl. Lubec Vol. I. Num. I.

n) in scripto doctissimo *de aureo Cornu danico*, Monumentis danicis iuncto. Iconem huius Cornu dedit *Jacobaeus in Mus. Reg.* Tab. XV.

Digitized by Google

nis o) ſepultura vſui erat ſive humatio, vt ex humo nati homines, quum diem obiiſſent ſupremum, terrae concrediti in puluerem abirent & cineres; quum vero vſtio illis deinde placeret, haec ab aliis gentibus recepta quoque conſuetudo, ac de Gallis *Pomponius Mela*, p) & de Herulis Saec. VI. ſcriptor *Procopius Caeſareenſis* q) adſtruunt; quanquam hi mixtum quoddam ex crematione & humatione admitterent genus. Locare ſolebant veteres boreales cadauera integra & non cremata, cum ſuis ornamentis in circulo ex ingentibus confecto ſaxis, occultabant ea vbique aliis, adiiciebantque arenam glebamque terrae, vsque dum in monticuli excreſceret molem, quem ceſpitibus exornabant deinde aliisque ſaxis vlterius. Qui in bello occiſi erant, in vnum coniiciebantur cumulum, & adiiciebatur terra, donec monticuli prodiret ſpecies. Reges, maxima ex parte in locis, vbi aulas tenebant; eligebant ſepulchra, praeſertim domi vel armis rebus humanis erepti. Nec deſunt exempla illorum, qui ſe viuos adhuc cum amici exuuiis tumulari deſiderarunt. r) Abrogata vero fuit ſenſim humatio. Commouit enim ingens ac tenerrimus ſuperſtitum erga defunctos adfectus, vt igne concremarent fato ſibi ereptos, ne vel belli iniuriis eſſent expoſitae, vel beluarum furore e terra iterum eruerentur dilectae exuuiae. Euincit hoc quoad Sueciam *Ericus Olai.* s) Hiſtoriaque Norwegica ſtatim in initio mentionem huius ritus iniicit, atque Othino tribuit, ſiquidem ille legem tulit, vt omnes mortui vna cum bonis & ornamentis potioribus igne concremarentur, addens, ſuperis eo gratius futuros, quo pretioſiora & plura ſecum in flammas traxiſſent. Atque de antiquis Daniae Norwegiaeque incolis adſtruit *Saxo* t) quod Reges ſuos

o) *Plin. Hiſt. Natur.* VII. 54. Hinc *Iſidoro* Orig. 15. C. II. ſepulchrum a ſepulto dictum eſt. Prius quidem in domo ſua quilibet ſepeliebatur, qui mos ortum dedit laribus, quum amor & aeſtimium poſt mortem perdurans, demortuos Diis adſcripſerint, focum & domum ſeruantes. Cur Romani cremauerint mortuos deinde, docere ſtudet *Nicolaus Thurius in Comment. annal. Herul. Romanis mos erat, corpora comburere, quo innuebant vehiculo ignea animum abire in aſtra, qui ſolus in nobis diuinus, nam ſic corpus, quia terrenum, in cineres ſubſideret.*

p) Lib. III. de ſitu orbis.

q) L. II. *Bello Gothico. Vt primum flamma ipſa reſederat, collecta protinus oſſa terra condebant.*

r) Refert *Saxo* Lib. V. Asmundum ob amicitiae iusiurandum viuum ſecum Afuiti cadauere contumulari ſuſtinuiſſe, cibo, quo vteretur, tumulo illato.

s) In *hiſtoria Gothorum, Sueconumque, a Meſſenio edita* Lib. I.

t) Lib. III. Conf. quoque eius interpres, *Stephanius.*

Digitized by Google

ſuos atque Heroes in nauicula, ceteros de plebe homines in tumulis concremauerint, deinde vero vrnas, cinere variisque cimeliis repletas, tumulo intulerint. Qualis vero fuerit borealibus conſuetudo, vbique eo tempore recepta, pro more ſuo, elegantiſſime exponit Celeberrimus *Wormius* v) *Primitus defunctis iuſta ſoluturi, in campo plano iuxta viam regiam aut defuncti praedium ſito, circum rarae magnitudinis lapidibus efformabant, oblongum tamen, viginti quandoque orgiarum longitudine, latitudine trium, in hoc defuncti cremabant cadauer, cineres collectos vrnis includebant, ac in circi meditullio locatos, grandioribus vndique ſtipabant ſaxis, ſuperiecto latiori, quo coetera tegerent. Hinc totam aream lapidibus arena glebaque terreſtri replebant, ac in formam monticuli deſuper collem exſtruebant, quem demum ceſpitibus tegebant, vt viriditate ſua oculos praetereuntium recrearet.* Non cedit maioribus noſtris in opprobrium, quod non cum Aegyptiis atque Romanis Pyramides, columnas ac ſtatuas in loco ſepulturae amicis deſideratiſſimis erexerint in aeternam eorum memoriam; fecere quippe, quod cum moribus receptis, atque a pompa luxuque alienis quam maxime conueniebat. Itaque in recordationem perennem, atque exemplum & imitationem eorum, qui ſuperſtites erant, res praeclare geſtas maiorum in galeis & ſcutis depingi curarunt, antiquorum Danorum multi, haeccque ornamenta, tanquam equeſtria belli & pacis tempore domi forisque geſtabant, & ſuſpendere ſolebant ab initio in domibus auguſtis, eo tempore Høyloft dictis, poſtea vero, Chriſtianae religionis lumine Daniam colluſtrante in Templis coenobiisque x) Sed alio adhuc modo pietatem poſt mortem infucatam declararunt. Scilicet, ne cum fumo, in aerem abeunte, omnis ſimul memoria dilecti periret, cadaueris, quod totum conſeruare non poterant, cineres, & oſſium reliquias, omni ſtudio colligebant, atque, mediantibus vrnis, oſſuariis nempe vel cinerariis, ex vtroque vſu ita adpellatis, & huic fini inſeruientibus, ad poſteros transmittebant. Tales quidem vrnae repertae ſunt permultae, & eruuntur noſtris quoque temporibus, oſſibus humanis, tam candidis, quam nigricantibus & flauis, cineribusque plenae, et venter illarum haud raro acum formae ſingularis, nummos magnae antiquitatis & alia y) continet z) Magnitudo illarum diuerſa, cum

v) Monument. Dan. Lib. I. p. 41.

x) Conf. *Claud. Lyſchander in Praef. Synopſ. rer. Dan.* p. 9.

y) Sic, referente *Wormio*, gladiolus aeneus, cultellusque aeneus cum manubrio eiusdem metalli in vrna ſepulchrali eſt inuentus una cum cineribus & oſſibus. Colligit ex antiquis ſepeliendi ritibus, vbi mortuis olim chara ſimul tumulo concredebantur, Vir Celeb. inter crepundia pueri ibidem tumulati fuiſſe. Vid. mon. Dan. L. I. cap. 7.

z) Conf. *Muſaeum Wormianum* p. 361.

Digitized by Google

operculo aliae, aliae ſine operculo, coloris ſunt plerumque rubicundi, interdum in griſeum vergentis. Nonnumquam multae iuxta ſe poſitae reperiuntur in vno loco vrnae, quod ſepulchrum fuiſſe totius gentis cuiusdam vel familiae, voluerunt quidam. Interdum vero magna tantum & vna reperitur vrna, circa quam aliae vtplurimum poſitae, duae minores, arena vel oſſibus repletae, quandoque etiam vnica ſtat parvula comes, vacua plerumque, maioris veluti pediſſequa. a) Materia vero, ex qua formatae ſunt, pro diverſitate eorum, qui vrnas amicis ſacrabant, haud eadem. Ex argilla, vel ſimplici luto maxima ex parte ſunt formatae: vt probabile admodum, eiusmodi vrnas, ac penes Romanos, pauperes tantum adhibuiſſe, ſiquidem eorum vaſa ſepulchralia literis, & reliquo carebant ornatu. Dantur vero aliae pretioſiores, opulentiorum ſine dubio cineres ſeruantes, aneae ſcilicet, variisque ornamentis conſpicuae & deauratae, cryſtallinae, qualis prope Bergas in Norwegia e coemiterio veteri eruta cum cineribus & officulis uſtis, & quae circulis aureis craſſioribus cincta erat. b) Dantur quoque aureae; Sex enim vrnas aureas a. 1685. in agro inſulae Monckoe prope Fioniam inuenit ruſticus, terram aratro proſcindens, cineribus plenas. Maxima illarum vncias duas cum dimidia, reliquae unciarum duarum & drachmae criciter vnius pondus aequant. Cum urnis ſimul alia, quae defuncto vſui olim fuerant ac ornamento, terrae mandare ſolebant, arma nempe, haſtas, equos, aurum, inſtrumenta muſica & bellica, calcaria, & alia, quae ex terra ſimul cum vrnis eruuntur; quae conſuetudo multos, & hos inter *Olaum Tryggonem*, Norwegiae Regem mouit, ut anteceſſorum demoliri curauerit buſta, vt theſauros, ibi contentos, in meliorem vſum conuerteret, teſtantur que vetera monumenta, illum magnam quoque pecuniam

a) Quum vrna talis magna non vnius hominis ſed plurimum contineat oſſa, id quod crania maiora & minora in vna olla reperta teſtantur, voluerunt quidam, in vrnam talem vnam oſſa ab igne reliqua vniuscuiusque ex familia demortui eſſe collecta, quod apud Romanos quoque obtinuiſſe teſtatur *Jacobus Gutherius* de Jure Manium. L. II. c. XXV, vt opinantur, paruas vrnas, quae maiorem aliquam ſemper comitantur, & numerum & aetatem cadaverum, quorum oſſa magna illa vrna fuere condita notaſſe, vt adeo, quoties oſſa cremati cadaueris in vrnam maiorem coniecta, parua aliqua olla fuerit appoſita teſtis inſtar, aliquem ex hac familia Patribus fuiſſe additum. Vid. haec refer. Ven. *Mellium* in Hiſt. Vrnae ſepulchr. ſarmaticae 1674. repertae p. 20.

b) Vitreas vrnas vſurpaſſe Romanos conſtat ex vrna ſepulchrali Ciceronis 1514. in Zacyntho inſula vna cum ipſo monumento reperta, de qua peculiari commentario agit *Deſiderius Leguminenus*. Refert quoque *Stephanius* in literis ad *Wormium de Vrna Vi-*

Digitized by Google

niam inueniſſe, ſibique hoc modo comparaſſe. Peractis itaque iuſtis, vrnam, oſſa, quae a flammis manſerant immunia & cineres ſeruantem, tumulo iam mandabant, & quidem, ſi adeſſent plures in coronam eas diſponebant, in meditullio tumuli, quo a violentia externa eſſent tutiores. Circumiecti erant vrnae lapides grandiores, tam affabre & eleganti ſerie ſoli arenae impoſiti abſque caemento ſeu calce, ac ſi ſumma arte eſſent conglutinati, formatique. c) Monticulorum vero vel collium, vt *Wormii* verbis vtar, tanta conſpicitur diuerſitas, vt magnitudine rotunditate ſaxorum vario & diſcreto ordine inuicem certare videantur. Qui rudiores ſunt, ex ſola terra in rotunditatem vel conum congeſta conſtant, ex iis, qui vna lapidum ſerie circa baſin cinguntur, exercituum Imperatoribus aliisque magnatibus deputati creduntur, vt ſimplices nullis ornati lapidibus militibus ſtrenuis & athletis de Patria bene meritis. Quae in plano reperiuntur ſepulchra, arboribus variis in coronam quaſi diſpoſitis cincta, quae lapidum ſuſtinent vices, Regum fuiſſe & Principum creduntur dormitoria. Sed euanuerunt, quae temporum fuit iniuria maxima ex parte praeſtantiſſima illa antiquitatis monumenta, & euaneſcunt quotidie. Diſiecti hodie ſunt heroum tumuli d) &

heu! quid tempus edax, quid non longiſſima ſecli
abſumit caries.

Poſ-

---

trea prope Giordsleuium detecta magnae pulchritudinis, & mirae ſpiſſitudinis, vnius menſurae capax, fundo concauo, exterius figuris ſexangulis inſignita, interius auro oblita, quomodo hodie ſpecula argento viuo induci ſolent. Incluſa fuit thecae ligneae, ex minutiſſimis aſſerculis affabre compactae, & circulis aereis vndique ſecus munitae, cui etiam operculum ligneum aere obductum impoſitum.

c) Fulciebant grandius & latius ſaxum, quod ſuper aliis imponebatur, minora, arae in modum coagmentata, & erant vel omnis literaturae expertia, vel continebant patriis, ſeu runicis literis titulum nomenque defuncti, & nomen eius, qui hocce exſtruxerat monumentum, aliaque ornamenta, ſcilicet figuras varias, multis ambagibus concinnatas, quibus de functi vitia vel virtutes innuebant, ita vt Agnus tranquillum, Equus generoſum, Leo regem, aquila magnanimum & fortem denotet. Vindicavit inſcriptiones hasce ab interitu & explicavit illas Celeberr. *Wormius*, hiſce in rebus longe verſatiſſimus, in Monumentis Danicis, agitque ſimul de foris antiquis, litibus dirimendis olim aptis, de Circis ad praelia finienda deſtinatis, de Limitibus, terras ſeparantibus a ſe inuicem. Spectant huc quoque *Petri Dickmanni Obſerv. hiſtoricae in magnam partem lapidum runicorum Sueciae ad priſcam Sueo-Gothor. hiſtoriam tam eccleſ. quam ciuilem ſpectantes.* Stockholm. 1723. nec non *Joann. Peringskioldii Monumenta Sueo-Gothica*, quorum Lib. I. 1710. L. II. 1719. Stock. prodiit.

d) Rectiſſime *Wormius. Nemo eſt inuentus, qui a Lapicidarum &c. violentis manibus monumenta, patrio ſtylo exarata vindicaret. Hi enim operibus ſibi deſtinatis ſaxa praeſertim maiora & elegantiora conquirentes, venerandae antiquitatis aut heroicorum bu-*

Digitized by Google

Possem vlterius haec prosequi, & gloriam antiquam septentrionis cum romana conferre, allegando studia, leges, linguam & alia, scitu haud adeo iniucunda, sed, ne meditationes nostrae dissertationis excedant modum, haec, volente Deo, in aliam reseruabo occasionem; memor potius illius, cuius causa hoc Meletema, quale id cumque est, conscripsi. Cum enim diuina gratia, regiaque clementia *Augustissimi & Potentissimi Regis ac Domini, Domini CHRISTIANI SEXTI, Daniae atque Norwegiae, Vandalorum Gothorumque Monarchae, Ducis Slesvici, Holsatiae, Stormariae Dithmarsiaeque, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst*, Domini mei longe Clementissimi, quam indulgentissime mihi demandatam prouinciam in Regio hoc & Academico Gymnasio historias atque antiquitates docendi, solemni quadam & inaugurali oratione de causis, ad nimium in studio historico conferentibus, sim auspicaturus, omnes, qui studiis hisce fauent, Viros *Illustrissimos, Per-Illustres, Illustres, Summe Venerabiles, Consultissimos, Experientissimos, Amplissimos*, titulis suis atque meritis conspicuos, nec non generosam atque nobilissimam studiosam iuuentutem ea, qua par est, obseruantia rogo atque obtestor, vt praesentia sua honorificentissima actum hunc illustriorem reddere, suaque vota pro *POTENTISSIMI REGIS & AVGVSTISSIMAE REGIAE DOMVS* salute & gloria, pro Patriae huiusque Gymnasii flore & incremento iungere meis quam amicissime velint. P. P. Altonae. Domin. Quasimod. A. R. S. M D CC XLII.

---

storum respectum habuere nullum sine discrimine proposito inseruientia conquirentes monumenta diruerunt, saxa euerterunt, cippos fregerunt, literas deleuerunt, omniaque suae libidini inseruire coëgerunt, nisi quae aut loci importunitas, aut saxi duricies aut figura minus tractabiles, ab eorum exemit violentia. Huc accessit agricolarum sordida auaritia, qua lapides & monumenta in eorum agris & fundis existentia, ne remoram aratro inicerent, aut terrae exigua portiuncula eos spoliaret, effossis scrobibus & superiniecta gleba sepeliere.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google